

EKKEHARDI PRIMI

W A L T H A R I V S

EDIDIT

RVDOLFVS PEIPER

---

BEROLINI

A P V D W E I D M A N N O S

MDCCLXXIII

## POESIS GERALDI DE GUALTARIO

---

Omnipotens genitor, summae uirtutis amator,  
Iure pari natusque amborum spiritus almus,  
Personis trinus, uera deitate sed unus,  
Qui uita uiuens cuncta et sine fine tenebis,  
5 Pontificem summum tu salua nunc et in aeuum  
Claro Erchamboldum fulgentem nomine dignum,  
Crescat ut interius sancto spiramine plenus,  
Multis infictum quo sit medicamen in aeuum.  
Praesul sancte dei nunc accipe munera serui,  
10 Quae tibi decreuit de larga promere cura  
Peccator fragilis Geraldus nomine uilis,  
Qui tibi nam certus corde estque fidelis alumnus.  
Quod precibus dominum iugiter precor omnitonantem,  
Ut nanciscaris factis, quae promo loquelis,

---

Prologus extat in  $\gamma$  Incipit poesis geraldii de gualtario  $\therefore$   
minio B om. T 6 erchamboldum B erckambaldum b erkēbaldū T  
8 multis ut infictum b ut om. BT | infectum uel infidum con.  
Reiffenbergius 10 Quae Bb Qui T | de larga decreuit Merilius  
12 certus fidus corde b fidus om. BT | est que B

- 15 Det pater ex summis caelum terramque gubernans.  
 Serue dei summi, ne despice uerba libelli,  
 Non canit alma dei, resonat sed mira tyronis,  
 Nomine Waltharii, per proelia multa resecti.  
 Ludendum magis est, dominum quam sit rogitandum:
- 20 Perlectus longaeui stringit in ampla diei.  
 Sis felix sanctus per tempora plura sacerdos,  
 Sit tibi mente tua Geraldus carus adelphus.

---

15 Hoc det et summis T Det pater altitonans *coni. Merilius*  
 17 tironis T tyranni *coni. Merilius* 18 uualtharii B waltharius  
 Tb | resecti B resectus Tb 19 Ludendum Bb Lugendum T  
 20 Perlectus *γ at flectus b apud Grimm.* | longaeui Bb? longe vi T |  
 Flexus longaeui dum stringit *IGrimm.* Perlectus longi uim st. in  
 arcta diei *Merilius* 21 plura Bb longa T 22 carus Bb charus  
 T | adelphus BT adelfus b | Versus quidam *minio b (tam sequitur*  
*ipsum carmen).* Hystoria Waltarii *minio* A Liber Waltarij *minio* T  
*inscriptio om. CDB*

---

**T**ertia pars orbis fratres Europa uocatur  
 Moribus ac linguis uarias et nomine gentes  
 Distinguens cultu, tum religione sequestrans.  
 Inter quas gens Pannoniae residere probatur  
 5 Quam tamen et Hunos plerumque uocare solemus.  
 Hic populus fortis uirtute uigebat et armis  
 Non circum positas solum domitans regiones,  
 Litoris oceani sed pertransiuerat oras  
 Foedera supplicibus donans sternensque rebelles:  
 10 Ultra millenos fertur dominarier annos.

Attila rex quodam tulit illud tempore regnum  
 Impiger antiquos sibimet renouare triumphos.  
 Qui sua castra mouens mandauit uisere Francos,  
 Quorum rex Gibicho solio pollebat in alto  
 15 Prole recens orta gaudens quam postea narro:  
 Namque marem genuit quem Guntharium uocitauit.

Fama uolans pauidi regis transuerberat aures  
 Dicens hostilem cuneum transire per Histrum,  
 Uincentem numero stellas atque amnis arenas.

---

2 et] ac T    3 religione DT    7 circumpositas *uno uerbo* CDB  
 8 oceani T    11 Etcilo *ubique* I    14 gibico B | polleb C  
 15 recente D    16 cuntharium A    17 pauidi] *passim* B | tranuerberat  
 (*at s pr. ss.*) C    18 ystrum CD hystrum Bb    19 *uersus deest* D |  
 harenas CB

- 20 Qui non confidens armis uel robore plebis  
 Concilium cogit, quae sint facienda requirit.  
 Consensere omnes: foedus debere precari  
 Et dextras, si forte darent, coniungere dextris  
 Obsidibusque datis censum persoluere iussum.
- 25 Hoc melius fore quam uitam simul ac regionem  
 Perdiderint natosque suos pariterque maritas.  
 Nobilis hoc Hagano fuerat sub tempore tiro  
 Indolis egregiae ueniens de germine Troiae.  
 Hunc, quia Guntharius nondum peruenit ad aeuum,
- 30 Ut sine matre queat uitam retinere tenellam,  
 Cum gaza ingenti decernunt mittere regi.  
 Nec mora, legati censum iuuenemque ferentes  
 Deueniunt pacemque rogant ac foedera firmant.  
 Tempore quo ualidis steterat Burgundia sceptris
- 35 Cuius primatum Heriricus forte gerebat.  
 Filia huic tantum fuit unica nomine Hiltgunt  
 Nobilitate quidem pollens ac scemate formae.  
 Debuit haec heres aula residere paterna  
 Atque diu congesta frui, si forte liceret.
- 40 Namque Auares firma cum Francis pace peracta

---

20 uel  $\omega$  et *IGrimm*. 20—23 *in margine pr.* C 21 sint]  $\bar{s}$  D  
 23 Ut dextras T Et si forte darent dextras I 24 iustum B  
 27 hoc] ac D<sup>1</sup> 29 cuntharius A 30 nouellam I 34—39 *post*  
*u. 51 secuntur* I 35 herericus D heriricus Tb her/ricus (*i erasa*)  
 A herricus C henricus BI 36 hileund B hildeund b hildgunt  
 T | *uersus in D sic legitur*: Vnica nata fuit huic tantum nomine  
 hiltgunt 37 stemate A scemate T stemmate *ceteri* | *fameꝝ an*  
*formę sit non facile dixeris* C 40 Namque  $\gamma$

- Suspendunt a fine quidem regionis eorum.  
 Attila sed celeres mox huc deflectit habenas  
 Nec tardant reliqui satrapae uestigia adire.  
 Ibant aequati numero, sed et agmine longo,  
 45 Quadrupedum cursu tellus concussa gemitabat,  
 Scutorum sonitu pauidus superintonat aether.  
 Ferrea silua micat totas rutilando per agros:  
 Haud aliter, primo quam pulsans aequora mane  
 Pulcher in extremis renitet sol partibus orbis.  
 50 Iamque Ararim Rodanumque amnes transiuerat altos  
 Atque ad praedandum cuneus dispergitur omnis.  
 Forte Cauilloni sedit Heriricus, et ecce  
 Attollens oculos speculator uociferatur:  
 'Quaenam condense consurgit puluere nubes?  
 55 Uis inimica uenit, portas iam claudite cunctas.'  
 Iam tum quid Franci fecissent ipse sciebat  
 Princeps et cunctos compellat sic seniores:  
 'Si gens tam fortis cui nos simile nequimus,  
 Cessit Pannoniae, qua nos uirtute putatis  
 60 Huic conferre manum et patriam defendere dulcem?

---

41 Suspendunt] Discedunt *al. m. obscuriore atramento* D<sup>s</sup> 42 mox  
 illuc flectit C 44 equali T | numero *marg. pr.* A 45 tremebat D  
 46 \*ther (e *pr. ss.* A) 48 Haut D 50 rhodanum CT 52 cauill-  
 lonis aD cabillonis BT Cabilloni *Merilius: recte, nam ubique Ca-*  
*billonum nusquam Cabillona appellatur.* | heriricus D heriricus Tb  
 her/ricus A herricus C henricus B | "sedit "hêrericus *sic correctum*  
 D<sup>s</sup> herricus sedit C 53 Adtollens B 54 consurgunt b 56 tunc  
 DT | quid] qd<sup>s</sup> (*s. quod*) T | fecissêt et ipse T 58 simulare CD<sup>b</sup>  
 simulare AD<sup>s</sup>T *cf. 803*

Est satius, pactum faciant censumque capessant.  
 Unica nata mihi est, quam tradere pro regione  
 Non dubito: tantum pergant qui foedera firment.<sup>2</sup>

Ibant legati totis gladiis spoliati,

- 65 Hostibus insinuant quod regis iussio mandat:  
 Ut cessent uastare, rogant. quos Attila ductor  
 Ut solitus fuerat, blande suscepit et inquit:  
 'Foedera plus cupio quam proelia mittere ulgo.  
 Pace quidem Huni malunt regnare, sed armis
- 70 Inuiti feriunt quos cernunt esse rebelles.  
 Rex ad nos ueniens pacemque det atque resumat.<sup>7</sup>  
 Exiuit princeps asportans innumeratos  
 Thesauros pactumque ferit natamque relinquit.  
 Pergit in exilium pulcherrima gemma parentum.
- 75 Postquam compleuit pactum statuitque tributum,  
 Attila in occiduas promouerat agmina partes.  
 Namque Aquitanorum tunc Alphere regna tenebat  
 Quem sobolem sexus narrant habuisse uirilis  
 Nomine Waltharium primaueo flore nitentem.
- 80 Nam iusiurandum Heriricus et Alphere reges  
 Inter se dederant, pueros quod consociarent,

---

61 pacem T 62 mihi est *a* est *om.* *βγI* 63 fīdera *pr. corr.*  
 C | firmant b 65 quid B 66 cessant b 68 quam] *q̄.* D<sup>1</sup> *q̄.* D<sup>8</sup>  
 71 pacem det atque *a* pacem detq; atq; D dextram det atque  
 Tbi det dextras atque B pacemque *scripsi* 72 apportans *Molter*  
 73 relinquit A reliquit CDBI 75 Postq̄ D<sup>1</sup> Postq̄ D<sup>8</sup> 76 partas  
 as *in ses pr. corr.* B 77 Namque in aquitanorum B tum B 78 sexus  
 sobolem I 79 Nomine (*N litterae H similis*) D<sup>1</sup> unde Hominē D<sup>8</sup>  
 80 heriricus *a* herericus DT henricus B 81 quod] quo *Molter*  
 ut I | consociarent DB

Cum primum tempus nubendi uenerit illis.  
 Hic ubi cognouit gentes has esse domatas,  
 Coeperat ingenti cordis trepidare pauore.  
 85 Nec iam spes fuerat saeuis defendier armis.  
 'Quid cessemus' ait, 'si bella mouere nequimus?  
 Exemplum nobis Burgundia, Francia donant.  
 Non incusamur, si talibus aequiperamur.  
 Legatos mitto foedusque ferire iubebo  
 90 Obsidis inque uicem dilectum porrigo natum  
 Et iam nunc Hunis censum persoluo futurum.  
 Sed quid plus remorer? dictum compleuerat actis.  
 Tunc Auares gazis onerati denique multis  
 Obsidibus sumptis Haganone Hiltgunde puella  
 95 Nec non Walthario redierunt pectore laeto.  
 Attila Pannonias ingressus et urbe receptus  
 Exulibus pueris magnam exhibuit pietatem  
 Ac ueluti proprios nutrire iubebat heredes.  
 [Uirginis et curam reginam mandat habere.]

83 Hic postq̄ domitas gentes has cōperit eē D 84 pauore]  
 tumultu B 86 censemus D cessamus B 87 Exemplum nobis  
 CDγ Exempla ī nobis (ī *postea intrusum, fortasse pr. m.*) A Exem-  
 pla en nobis IGrimm | bugundia T | praebent B 88 talibus b *ex*  
 a *pr.* A | aequiperamur CDB 89 fedus (*om. que*) A | ferire] referre  
 D 91 Etiam nunc A Et nunc iam T Denique nunc I | huius  
 (ī *apice distinctum*) T 92 demoror I 94 hiltgunda D hilgunde  
 HB hildguntque T 97 exhibit C 98 Hac H | proprios] pueros  
 D | heredes] alumnos BbI alumpnos H *uersum deleuit atque refinxit*  
 D<sup>3</sup> *imo in margine sic: Ac uelut heredes pueros nutrire iubebat.*  
 99 *uersus deest aDI extat in HBT adscriptus est in A recentissima*  
*s. XVIII manu imo in margine, unde Molter eum recepit. | reginae A*



- 100 Ast adolescentes propriis conspectibus ambos  
Semper adesse iubet, sed et artibus imbuit illos  
Praesertimque iocis belli sub tempore habendis.  
Qui simul ingenio crescentes mentis et aeu  
Robore uincebant fortes animoque sophistas,
- 105 Donec iam cunctos superarent fortiter Hunos.  
Militiae primos tunc Attila fecerat illos,  
Sed haud inmerito, quoniam, si quando moueret  
Bella, per insignes isti micuere triumphos.  
Idcircoque nimis princeps dilexerat illos.
- 110 Uirgo etiam captiua deo praestante supremo  
Reginae uultum placauit et auxit amorem  
Moribus eximiis operumque industria habundans.  
Postremum custos thesauris prouida cunctis  
Efficitur modicumque deest, quin regnet et ipsa,
- 115 Nam quicquid uoluit, de rebus fecit et actis.  
Interea Gibicho defungitur ipseque regno  
Guntharius successit et ilico Pannoniarum  
Foedera dissoluit censumque subire negauit.  
Hoc ubi iam primum Haganu cognouerat exul,

---

101 inesse H 102 iocis *priore i longiore* D locis T | ha-  
bendi\* (s *expallido*) D habentis H 105 superara B 107 Sed  
*non inmerito (litterae non in renouatae, incertum num non fuerit a pr.*  
*m.)* D<sup>s</sup> non inmerito H | inmerito CDHB | mouerent D 109 Iecir-  
coque D *ut infra u. 130* | illos AH ambos *ceteri* 111 placuit AC<sup>s</sup>  
112 habundans ω 113 Postremo D | thesauris T 116 Gybichus  
H gibico B 117 Cuntharius C Cundharius H | Gunth. regno  
successit I | illico BT | pannoniorum DB 118 disolū A 119 primo  
D | cognouit haganu exul T | Haganus H

- 120 Nocte fugam molitur et ad dominum properauit.  
 Waltharius tamen ad pugnas praecesserat Hunos  
 Et quocumque iret, mox prospera sunt comitata.  
 Ospirin elapsum Haganonem regia coniux  
 Attendens domino suggessit talia dicta
- 125 'Prouideat caueatque precor sollertia regis,  
 Ne uestri imperii labatur forte columna,  
 Hoc est, Waltharius uester discedat amicus  
 In quo magna potestatis uis extitit huius:  
 Nam uereor, ne fors fugiens Haganonem imitetur.
- 130 Idcircoque meam perpendite nunc rationem:  
 Cum primum ueniat, haec illi dicite uerba:  
 "Seruitio in nostro magnos plerumque labores  
 Passus eras ideoque scias, quod gratia nostra  
 Prae cunctis temet nimium dilexit amicis."
- 135 Quod uolo plus factis te quam cognoscere dictis:  
 Elige de satrapis nuptam tibi Pannoniarum  
 Et non pauperiem propriam perpendere cures.  
 Amplificabo quidem *donis* te rure domique

---

120 ad dominum proprium iuit *legisse uidetur* H properatur B  
 uu. 123—363 exciderunt C ex exemplari Fischeriano eius lectiones re-  
 petiui. 123 Ospirin D Ospir/n (i eraso) A ospiru (?) C | coniux  
 CBT 124 Adtendens DB | dicto T fando B 125 sollertia C  
 128 hunis A hui' D huius Cy sic huius extremo in uersu positum  
 infra 1365 129 qd' fors D<sup>s</sup> at fuisse uidetur ne D<sup>1</sup> 130 Idcirco-  
 que DB que om. A<sup>1</sup> 134 amicos (at i ss. pr.) B 135 Nunc  
 uolo I | plus factis plus quam B 136 pannoniorum D 138 am-  
 plificabo quidem te r. d. AH manco uersu: uaria ratione sanare  
 studuerunt celeri libri: inter quidem et te interpositum pariter C gazis  
 D ualde γI, ipse donis posui

- Nec quisquam, qui dat sponsam, post facta pudebit.<sup>2</sup>  
 140 Quod si completis, illum stabilire potestis.  
 Complacuit sermo regi coepitque parari.  
 Waltharius uenit: cui princeps talia pandit  
 Uxorem suadens sibi ducere, sed tamen ipse  
 Iam tum praemeditans quod post compleuerat actis,  
 145 Inuestiganti his suggestibus obuius infit:  
 'Uestra quidem pietas est, quod modici famulatus  
 Causam conspicitis. sed quod mea sergia, mentis  
 Intuitu, fertis, numquam meruisse ualerem.  
 Sed precor, ut serui capiatís uerba fidelis:  
 150 Si nuptam accipiam domini praecepta secundum,  
 Uinciar in primis curis et amore puellae  
 Atque a seruitio regis plerumque retardor.  
 Aedificare domos cultumque intendere ruris  
 Cogor et hoc oculis senioris adesse moratur  
 155 Et solitam regno Hunorum impendere curam.  
 Namque uoluptatem quisquis gustauerit, exin  
 Intolerabilius consueuit ferre labores.

---

139 Nec sponsam tibi qui dat "post facta pudebit." eum (spon-  
 sam — dat in ras., quae sequuntur, renouata; eum recens additum:  
 sola uox Nec integra mansit.) D<sup>3</sup> | quemquam Molter 141 parare C  
 parere D 143 ipse] idem B 144 impleuerat BT 145 Hiis in-  
 stiganti T atque instiganti etiam I His instigandis B His instigandi b  
 146 quidem marg. pr. D | est quod] quod adest Biester 147 ser-  
 gia α seria β segnia B sénia T senia uel seruia b mei sergia-  
 menti Fischer mea sergiamenta Biester 151 Uincior C 153 Edif-  
 ficare A<sup>1</sup>L | curis b 154 oculi' (' pro s ss.) D oculis A | mora-  
 tus B 155 inp. β 157 Intollerabilius L | dolores I

- Nil tam dulce mihi, quam semper inesse fideli  
 Obsequio domini: quare precor absque iugali  
 160 Me uinclo permittite meam iam ducere uitam.  
 Si sero aut medio noctis mihi tempore mandas,  
 Ad quaecumque iubes securus et ibo paratus.  
 In bellis nullae persuadent cedere curae  
 Nec nati aut coniux retrahentque fugamque mouebunt.  
 165 Testor per propriam temet pater optime uitam  
 Atque per inuictam nunc gentem Pannoniarum,  
 Ut non ulterius me cogas sumere taedas.  
 His precibus uictus suasus rex deserit omnes  
 Sperans Waltharium fugiendo recedere numquam.  
 170 Uenerat interea satrapae certissima fama  
 Quandam quae nuper superata resistere gentem  
 Ac bellum Hunis confestim inferre paratam.  
 Tunc ad Waltharium conuertitur actio rerum:  
 Qui mox militiam percensuit ordine totam  
 175 Et bellatorum confortat corda suorum  
 Hortans praeteritos semper memorare triumphos  
 Promittensque istos solita uirtute tyrannos

---

158 *tà ex ta al.* T | fidelis HB 161 aut] an  $\beta$  | mediae CT?  
 medio *ceteri* 162 securus et ibo securus (paratus *pr. ss.*) A  
 163 Imbellis B 164 coniunx CBTL | retrahunt  $\beta$  que *om.* LT |  
 fugamue B que *om.* L | mouebunt *uox sola sequentem uersum obtinet*  
 A | an monebunt? precantur  $\beta$  165 per *ss. pr.* B | patriam A |  
 propriam temet propriam (pater *om.*) L 166 pannoniourum  $\beta$   
 167 cogas me  $\beta$  168 Hiis T 169 uualtarius b Gualth. C?  
 171 Que quandam dixit superatam sistere gentem T 172 Ac  
 "bellum "hunis *transponendi signa posuit* D<sup>s</sup> Ac hunis bellum T  
 174 Cui B 175 Ut b. confortet L 176 memore A

Sternere et externis terrorem imponere terris.

Nec mora, consurgit sequiturque exercitus omnis.

- 180 Ecce locum pugnae conspexerat et numeratam  
 Per latos aciem campos digessit et agros.  
 Iamque infra iactum teli congressus uterque  
 Constiterat cuneus: tunc undique clamor ad auras  
 Tollitur, horrendam confundunt classica uocem  
 185 Continuoque hastae uolitant hinc indeque densae.  
 Fraxinus et cornus ludum miscebat in unum  
 Fulminis inque modum cuspis uibrata micabat.  
 Ac ueluti boreae sub tempore nix glomerata  
 Spargitur, haud aliter saeuas iecere sagittas.  
 190 Postremum cunctis utroque ex agmine pilis  
 Absumptis manus ad mucronem uertitur omnis:  
 Fulmineos promunt enses clipeosque reuoluunt,  
 Concurrunt acies demum pugnamque restaurant.  
 Pectoribus partim rumpuntur pectora equorum  
 195 Sternitur et quaedam pars duro umbone uirorum.  
 Waltharius tamen in medio furit agmine bello  
 Obuia quaeque metens armis ac limite pergens.

178 inponere D impendere C 179 consurgens  $\beta$  | seq̄q; D  
 180 numerose L 183 ubique H 184 horrenda confundit classica  
 uoce H 185 huc undique  $\beta$  hinc undique B 186 ludunt A  
 miscibat (e al. ss.) A miscentur D (non L) | in nū A 188 sub|  
 s; L qui eodem compendio utitur 360 366 189 haut  $\beta$  | iacere AL<sup>1</sup>  
 ///icere L<sup>2</sup> 190 Post tremum A Postremo  $\beta$ B | examine L 191 As-  
 sumptis at p ss. pr. T 192 henses H | clipeosque L 193 re-  
 tentant Merilius 195 & pars q̄dā D<sup>1</sup> transponendi signa posuit D<sup>2</sup>  
 | umbone equorum (ss. al. uirorum) T 196 Waltharvs A | tamen|  
 tunc L | fuit T | belli CL<sup>2</sup> bello ceteri 197 hac H

- Hunc ubi conspiciunt hostes tantas dare strages,  
 Ac si praesentem metuebant cernere mortem:  
 200 Et quemcunque locum seu dextra siue sinistra  
 Waltharius peteret, cuncti mox terga dederunt  
 Et uersis scutis laxisque feruntur habenis.  
 Tunc imitata ducem gens maxima Pannoniarum  
 [Saeuior insurgit caedemque audacior auget,]  
 205 Deicit obstantes, fugientes proterit, usque  
 Dum caperet plenum belli sub sorte triumphum.  
 Tum super occisos ruit et spoliauerat omnes  
 Et tandem ductor recauo uocat agmina cornu.  
 Ac primus frontem festa cum fronde reuinxit  
 210 Uictrici lauro cingens sua tempora uulgo,  
 Post hunc signiferi sequitur quos cetera pubes.  
 Iamque triumphali redierunt stemmate compti  
 Et patriam ingressi propria se quisque locauit  
 Sede. sed ad solium mox Waltharius properauit.  
 215 Ecce palatini decurrunt arce ministri  
 Illius aspectu hilares equitemque tenebant,  
 Donec uir sella descenderet inclitus alta.  
 Si bene res uergant, tum demum forte requirunt.  
 Ille aliquid modicum narrans intrauerat aulam,

200 quemcunque A | detra (x pr. ss.) A | seu dextram siue si-  
 nistram Hy 202 feriuntur (al. i deleuit) A 203 Hunc β | panno-  
 niorum β 204 deest uersus αβI extat in γ | audet B 206 Do-  
 nec perciperet belli s. s. t. β | sorte C forte L 208 recauo  
 ductor β 210 tempora AD tempora ceteri atque etiam L | V. lauro  
 c. s. t. lauro L 212 scemate T 214 ualtharius mox T 215 Ecce  
 paulatim B 216 equitem (om. que) A equitesque C 219 Qui  
 tantum modicum I | narrans modicum (al b et a ss. pr.) B

- 220 Lassus enim fuerat regisque cubile petebat.  
 Illic Hiltgundem solam offendit residentem.  
 Cui post amplexus atque oscula dulcia dixit:  
 'Ocius huc potum ferto, quia fessus anhelus.'  
 Illa mero tallum compleuit mox pretiosum
- 225 Porrexitque uiro, qui signans accipiebat  
 Uirgineamque manum propria constrinxit. at illa  
 Astitit et uultum reticens intendit herilem  
 Walthariusque bibens uacuum uas porrigit olli,  
 Ambo etenim norant de se sponsalia facta.
- 230 Prouocat et tali caram sermone puellam:  
 'Exilium pariter patimur iam tempore tanto  
 Non ignorantes, quid nostri forte parentes  
 Inter se nostra de re fecere futura.  
 Quamne diu tacito premimus haec ipsa palato?'
- 235 Uirgo per hyroniam meditans haec dicere sponsum  
 Paulum conticuit, sed postea talia reddit:  
 'Quid lingua simulas quod ab imo pectore damnas  
 Oreque persuades toto quod corde refutas?  
 Sit ueluti talem pudor ingens ducere nuptam.'

---

221 hiltgundam D hiltgundem HB 222 Qui DB 223 quia] quam C 225 accijebat (p om.) T 227 reticens uultum (b et a ss. pr.) T | conspexit herilem D 228 Gualth. C? | uas reddidit HB | illi DHT 230 caram tali D | charam T 231 patimur pariter DTI | tempore longo DI 232 quod H qd B 233 fecere] an pepigere? 234 Quam ne ay Qd ne D Quam diu nos I Quare Fischer | tocito A | premimus B 235 yroniam D | hoc BT tunc I 236 Paululum T | talia dixit D 237 Quod in Quit pr. corr. A | quid ab A | dampnas DHB 238 quod toto corde D

- 240 Uir sapiens contra respondit et intulit ista:  
 'Absit quod memoras! dextrorsum porrigere sensum.  
 Noris me nihilum simulata mente locutum  
 Nec quicquam nebulae uel falsi interfore crede.  
 Nullus adest nobis exceptis namque duobus.
- 245 Si nossem temet mihi promptam impendere mentem  
 Atque fidem uotis seruare per omnia cautis,  
 Pandere cuncta tibi cordis mysteria uellem.'  
 Tandem uirgo uiri genibus curuata profatur:  
 'Ad quaecumque uocas, mi domne, sequar studiose
- 250 Nec quicquam placitis malim praeponere iussis.'  
 Ille dehinc: 'piget exilii me denique nostri  
 Et patriae fines reminiscor saepe relictos:  
 Idcircoque fugam cupio celerare latentem.  
 Quod iam prae multis potuissem forte diebus,
- 255 Si non Hiltgundem solam remanere dolerem.'  
 Addidit has imo uirguncula corde loquelas:  
 ['Uerum uelle meum, solis his aestuo rebus,]  
 Praecipiat dominus, seu prospera siue sinistra,  
 Eius amore pati toto sum pectore praesto.'
- 260 Waltharius tandem sic uirginis inquit in aurem:  
 'Publica custodem rebus te nempe potestas

---

241 dextsū porrigere A    242 nihilum D    243 nubili D  
 nūbule *pr. corr.* A N.q. fraudis uel falsi I    245 Sic B | impendere T  
 249 mi ADBT me C | dñe A    253 Idcircoque D | meditor I | celare  
 A accelerare T    254 premultis B    255 hiltgundam D hilgundem B  
 256 his B | imo A    257 *deest* αDI *extat* γ | Vestrum uelle BT  
 258 seu dextera B    260 inquit A<sup>1</sup>    261 te namque I *ni fallor*  
 (*IGrimm libri notam non adposuit*)



- Fecerat, idcirco memor haec mea uerba notato:  
 Inprimis galeam regis tunicamque, trilicem  
 Assero loricam fabrorum insigne ferentem,  
 265 Diripe, bina dehinc mediocria scrinia tolle.  
 His armillarum tantum da pannonicarum,  
 Donec uix unum releues ad pectoris imum.  
 Inde quater binum mihi fac de more coturnum  
 Tantundemque tibi patrans inponito: uasis  
 270 Sic fors ad summum complentur scrinia labrum.  
 Insuper a fabris hamos clam posce retortos.  
 Nostra uiatica sint pisces simul atque uolucres,  
 Ipse ego piscator, sed et auceps esse coartor.  
 Haec intra ebdomadem caute per singula comple.  
 275 Audisti, quid habere uianti forte necesse est.  
 Nunc quo more fugam ualeamus inire recludo:  
 Postquam septenos Phoebus remeauerit orbes,  
 Regi ac reginae satrapis ducibus famulisque  
 Sumptu permagno conuiuia laeta parabo  
 280 Atque omni ingenio potu sepelire studebo,

262 iccirco D 263 In primis T | tunnicamque A<sup>1</sup> 264 Af-  
 fero A Affer H *ut uoluit Biester Assere Merilius: ego uerba tri-  
 licem ad ferentem lineolis inclusi; „mihi uindico tunicam“ intellegunt*  
*IGrimm et ELinnig | fabrorum in ras. A* 266 pannonicarum T  
 267 pectoris unum α p. honum H p. imum Dy 269 parans T  
 patrato D | inponito A 273 coartor C cohartor H 274 ebdoma-  
 dem C ebdomadam DB hebdomodam T 275 quod DHB  
 276 Nunc] Nec C? Hinc I 277 febus D 278<sup>b</sup> et 279<sup>a</sup> (ducibus  
 f. S. permagno) *desunt D uerba haec: sumptu permagno desunt H*  
*in quo simul. u. 279 ante u. 278 legitur.* 279 sumtu C | magni-  
 fico I

- Donec nullus erit qui sentiat hoc quod agendum est.  
 Tu tamen interea mediocriter utere uino,  
 Atque sitim uix ad mensam restinguere cura.  
 Cum reliqui surgant, ad opuscula nota recurre.  
 285 Ast ubi iam cunctos superat uiolentia potus,  
 Tum simul occiduas properemus quaerere partes.  
 Uirgo memor praecepta uiri compleuit. et ecce  
 Praefinita dies epularum uenit et ipse  
 Waltharius magnis instruxit sumptibus escas.  
 290 Luxuria in media residebat denique mensa  
 Ingrediturque aulam uelis rex undique septam.  
 Heros magnanimus solito quem corde salutans  
 Duxerat ad solium. quem compsit bissus et ostrum.  
 Consedit laterique duces hinc indeque binos  
 295 Assedissee iubet. reliquos locat ipse minister.  
 Centenos simul accubitus iniere sodales  
 Diuersasque dapes libans conuiuia resudat:  
 His et sublati aliae referuntur edendae  
 Atque exquisitum feruebat migma per aurum.  
 300 Aurea bis seno tantum stant gausape uasa  
 Et pigmentatus crateres Bachus adornat:

281 hic C | quid C? 283 restringere γI at ut — exstinguas  
 H 285 cuncto A 286 Tunc H 289 sumptibus C 290 Luxu-  
 rians media B 291 Ingreditur (que om.) T 292 Horas A | quem  
 more γI 293 quem αHbTI quod D?B | bissus compsit HγI  
 295 magister T 297 libat c. resudans I 298 eden/de (n ex m) A  
 299 feruet pincerna I | smigma (σμῖγμα) Fischer | auram B 300 bis-  
 sino αD bissina Bb bis sena T fort. recte | causape D<sup>1</sup> gausape D<sup>2</sup>  
 301 pigmentatus ADγ pigmentatos H pigmentatas C | crateras DB |  
 bachus ADT bacchus B

Illicit ad haustum species dulcedoque potus,  
Waltharius cunctos ad uinum hortatur et escas.

- Postquam epulis assumpta quies mensaeque remotae,  
305 Heros iam dictus dominum laetanter adorsus  
Inquit: 'in hoc rogito clarescat gratia uestra,  
Ut uos inprimis reliquos nunc laetificetis.'  
Et simul in uerbo nappam dedit arte peractam  
Ordine sculpturae<sup>4</sup> referentem gesta priorum,  
310 Quam rex accipiens haustu uacuauerat uno  
Confestimque iubet reliquos imitari omnes.  
Ocius accurrunt pincernae moxque recurrunt,  
Pocula plena dabant et inania suscipiebant,  
Hospitis ac regis certant hortatibus omnes.  
315 Ebrietas feruens tota dominatur in aula,  
Balbutit madido facundia fusa palato,  
Heroas ualidos plantis titubare uideres.  
Taliter in seram produxit bachica noctem  
Munera Waltharius retrahitque redire uolentes;  
320 Donec ui potus pressi somnoque grauari  
Passim porticibus sternuntur humotenus omnes.

---

303 escam HBT 304 Postque CD | epulas assumpta D | P. e.  
depulsa fames sublataque mensa HyI 305 dictis I | adortus *Molter*  
306 Inquit A | hoc regno C? | clarescit I 307 in primis HB |  
tunc  $\gamma$  308 paratam *Molter* 311 iuuet B 312 occurrunt D  
316 Balbutit A Balbutiit C Palbuttit D | medio B 318 bachica  $\alpha$ DT  
bacchica HB 319 redire *om.* A | retrahitque redire uideres B  
cunctos retrahique uideres T 320 deest D: *quod u. 319 desiderari*  
*in C ait IGrimm falsum est, ad I potius atque ad u. 320 istam notam*  
*pertinere suspicor.*

- Et licet ignicremis uellet dare moenia flammis,  
 Nullus qui causam potuisset scire remansit.  
 Indeque dilectam uocat ad semet mulierem  
 325 Praeciens causas citius deferre paratas.  
 Ipseque de stabulis uictorem duxit equorum:  
 Hunc ob uirtutem uocitauerat ille leonem.  
 Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.  
 Hunc postquam faleris solito circumdedit, ecce  
 330 Scrinia plena gazae lateri suspendit utrique  
 Atque iteri longo modicella cibaria ponit  
 Loraque uirgineac mandat fluitantia dextrae.  
 Ipseque lorica uestitus more gigantis  
 Inposuit capiti rubras cum casside cristas  
 335 Ingentesque ocreis suras complectitur aureis,  
 Et laeuum femur ancipiti praecinxerat ense  
 Atque alio dextrum pro ritu Pannoniarum;  
 Is tamen ex una tantum dat uulnera parte.  
 Tunc hastam dextra rapiens clipeumque sinistra  
 340 Coeperat inuisa trepidus decedere terra.  
 Femina duxit equum nonnulla talenta gerentem

---

322 igniuomis *Molter* 324 Inde α Tandem DHγI Iam nunc  
*Biester* Indeque *scripsi*; sic Ipseque 116 326 333 445 Ipsaque 458  
 Illeque 764 325 otius D 327 Hunc ob uirt. AT? Quem ob  
 uirt. CH Quemque ob uirt. D Ob uirtutem quem Bb Ob quam I  
 Qualem ob *Molter* 329 phaleris CB | solitis *Molter* 331 iteri  
 CD? uteri γ iteneri A itinere H itineri I 332 dextra A 334 In-  
 posuit AD 335 Ingentes ocreisque D suras ocreis I 336 fe-  
 mur leuum B 337 alium dextro I | pannoniurum D 338 dat  
 tantum C 339 astam A 341 nonnulla dona D nonnullum tale I

- In manibusque simul uirgam tenet ipsa columnam,  
 In qua piscator hamum transponit in undam,  
 Ut cupiens pastum piscis deglutiat uncum.
- 345 Namque gravatus erat uir maximus undique telis  
 Suspectamque habuit cuncto sibi tempore pugnam.  
 Omni nocte quidem properabant currere, sed cum  
 Prima rubens terris ostendit lumina Phoebus,  
 In siluis latitare student et opaca requirunt
- 350 Sollicitatque metus uel per loca tuta fatigans.  
 In tantumque timor muliebria pectora pulsat,  
 Horreat ut cunctos aurae uentique susurros  
 Formidans uolucres collisos siue racemos.  
 Hinc odium exilii patriaeque amor incubat inde;
- 355 Uicis defugiunt, speciosa noualia linquunt  
 Montibus intonsis cursus ambage recuruos  
 Sectantes: tremulos uariant per deuia gressus.  
 Ast urbis populus somno uinoque solutus  
 Ad medium lucis siluit recubando sequentis.
- 360 Sed postquam surgunt, ductorem quique requirunt,  
 Ut grates faciant ac festa laude saluent.  
 Attila nempe manu caput amplexatus utraque

---

342 ipsa DHT ipse αBI 344 Et cupiens D | deglutiat D |  
 hūm A hamum BT unicum CD 345 Namque Vualtarius erat C  
 351 Intantumque B 352 cunctos s. aure. (s. *lineola subducta del.*) A  
 353 Formidat T 354 Hic I | incubat: Inde B 355 Vicus I Vicos  
 βT | defugiunt A diffugiunt CHBT effugiunt β | spaciōsa T ut  
 uoluit Molter | linquunt A 358 sepultus CT 359 lucis pressi  
 iacuere sopore I 361 gr. reddant B | facta b teste Merilio | salu-  
 tant L 362 amplectatus A

- Egreditur thalamo rex, Walthariumque dolendo  
 Aduocat, ut proprium quereretur forte dolorem.
- 365 Respondent ipsi se non potuisse ministri  
 Inuenisse uirum, sed princeps sperat eundem  
 Hactenus in somno tentum recubare quietum  
 Occultumque locum sibi delegisse sopori.  
 Ospirin Hiltgundem postquam cognouit abesse
- 370 Nec iuxta morem uestes deferre suetum,  
 Tristior immensis satrapae clamoribus inquit:  
 'O detestandas quas sero sumpsimus escas!  
 O uinum quod Pannonias destruxerat omnes!  
 Quod domino regi iam dudum praescia dixi,
- 375 Approbat iste dies quem nos superare nequimus.  
 En hodie imperii uestri cecidisse columna  
 Noscitur, en robur procul iuit et inclita uirtus:  
 Waltharius lux Pannoniae discesserat inde,  
 Hiltgundem quoque mi caram deduxit alumnam.'
- 380 Iam princeps nimia succenditur efferus ira,

---

364 *denuo* C *incipit* 367 tantum b *t. Merilio* 369 spirin b  
 Ospirin Cβ | hiltegundem L Hildegunde H hilgundem B 370 de-  
 ferreque suetas β 371 immensis αLB 372 O destandas (te *pr.*  
*ss.*) D O detestantas L O te detestandas C | heri ω *scripsi* sero  
 i. *uespere* 373 pannonicas L | pannoniam hanc d. omnem I  
 374 dudum iam AL<sup>1</sup> iamdudum CDL<sup>2</sup>Hγ | Quod 'dudum 'iam do-  
 mino (regi *om.*) L 375 Adprobat B Abstulit β | quam L 376 uiri  
 αL uestri BT (*cf.* 126 ne uestri imperii labatur forte columna)  
 nostri DH | columnam B 377 en] hinc I 378 dux in lux *pr.*  
*corr.* A | disserat (ce *ss.*) L 379 Hildgundem H Hilgundem B  
 Hiltigundem L | quoque] que LT | mihi Tb m<sup>i</sup> D | charam T  
 karam LH 380 Iam] § iam A At T | succendit C

- Mutant laetitiam maerentia corda priorem.  
 Ex humeris trabeam discindit ad infima totam  
 Et nunc huc animum tristem, nunc diuidit illuc.  
 Ac uelut aeolicis turbatur arena procellis,  
 385 Sic intestinis rex fluctuat undique curis  
 Et uarium pectus uario simul ore imitatus  
 Prodidit exterius quicquid tolerauerat intus  
 Iraque sermonem permisit promere nullum.  
 Ipso quippe die potum fastidit et escam  
 390 Nec placidam membris potuit dare cura quietem.  
 Namque ubi nox rebus jam dempserat atra colores,  
 Decidit in lectum, uerum nec lumina clausit  
 Nunc latus in dextrum fultus nunc inque sinistrum  
 Et ueluti iaculo pectus transfixus acuto  
 395 Palpitat atque caput huc et mox iactitat illuc  
 Et modo subrectus fulcro consederat amens.  
 Nec iuuat hoc, demum surgens discurrit in orbem  
 Atque thorum ueniens simul attigit atque reliquit.  
 Taliter insomnem consumpserat Attila noctem.  
 400 At profugi comites per amica silentia euntes

---

383 animum celerem B    384 uelut T | eloicis B | harena CB  
 385 fluitat (fluitat rex?) b    386 ore mutatus T    387 tollerauerat  
 L    388 sermonum B | sermonem dare non permiserat ullum  $\beta$   
 389 Ipso (o *es e pr.*) B    390 membris AB | poterat C    391 Et  
 cum nox terris depresserat atra colores  $\beta$  (*at L depressit*)    394 Ac  
 ueluti B | transfix C    395 caput C | iactitat A    396 subrectus  $\alpha$   
 surrectus  $\beta$  subreptus  $\gamma$  | fulchro  $\beta T$     397 urbe *ab?T* urbem  
 $\beta H B b$  *t. Merilio* orbe *IGrimm* | discurit C decurrit  $\beta$     398 ueniens  
 mox simul (*at mox del.*) T | reliquid CH

Suspectam properant post terga relinquere terram.

Uix tamen erupit cras, rex patribusque uocatis

Dixerat: 'o si quis mihi Waltharium fugientem

Afferat euinctum ceu nequam forte liciscam!

405 Hunc ego mox auro uestirem saepe recocto

Et tellure quidem stantem hinc inde onerarem

Atque uiam penitus clausissem, uiuo, talentis.'

Sed nullus fuit in tanta regione tyrannus

Uel dux siue comes seu miles siue minister,

410 Qui, quamuis cuperet proprias ostendere uires

Ac uirtute sua laudem captare perennem

Ambiretque simul gazam infarcire crumenis,

Waltharium tamen iratum praesumpserit armis

Insequier strictoque uirum mucrone uidere.

415 Nota equidem uirtus, experti sunt quoque quantas

Incolomes dederit strages sine uulnere uictor.

Nec potis est ullum rex persuadere uirorum

Qui promissa uelit hac condicione talenta.

401 Suspectant B Exosam pr. I | relinquere B 402 tamen  
om. L | cras. rex T 204 Afferret HI | uinctum H | nequam ceu T  
405 Nunc L ni f. | ego] g̃ A | ostro Biester 406 stante C? stantem  
desse uidetur I | hinc inde ABT hinc atque inde C et sic A recentissima  
manu hinc inde atque βI 407 Namque Molter | clausissem A |  
uiuo .i. si uiuo usitatum illud Plauto atque Terentio: ipse Ekkehardus  
Cas. p. 146, 32: si uixero | dū ss. al. D ipse I uoui clausissem Molter  
ut uiuo uel iura Reiffenberg. 408 intūta A 409 uel comes I |  
seu minister L 410 uireres A<sup>1</sup> 411 uirtute tua D u. sua D<sup>3</sup> | per-  
hennem T 412 cruminis B 413 tamen] tunc L ut uidetur | prae-  
sumpserat DBI presumeret L 415 Nata A | quidem DB 416 In-  
colomes A Incolomes C Incolomis D Incolumis BT In bellis I



Waltharius fugiens, ut dixi, noctibus iuit  
 420 Atque die saltus arbustaque densa requires  
 Arte, accersita pariter capit arte uolucres  
 Nunc fallens uisco, nunc fisso denique ligno.  
 Ast ubi peruenit qua flumina curua fluebant,  
 Inmittens hamum rapuit sub gurgite praedam  
 425 Atque famis pestem pepulit tolerando laborem:  
 Namque fugae toto se tempore uirginis usu  
 Continuit uir Waltharius laudabilis heros.  
 Ecce quater denos sol circumflexerat orbis  
 Ex quo pannonica fuerat digressus ab urbe.  
 430 Ipso quippe die numerum qui clauserat istum,  
 Uenerat ad fluuium iam uespere tum mediante  
 Scilicet ad Rhenum, qua cursus tendit ad urbem  
 Nomine WORMATIAM regali sede nitentem.  
 Illic pro nauo pisces dedit antea captos  
 435 Et mox transpositus graditur properanter anhelus.  
 Orta dies postquam tenebras discusserat atras,  
 Portitor exurgens praefatam uenit in urbem  
 Regalique coco reliquorum quippe magistro  
 Detulerat pisces quos uir dedit ille uiator.

---

419 Uultharius A | ibat C 421 accersita AH accersitas CDBT  
 arcessitas b Ipse accersitos partim I 424 Inmittens aDB | rapuit  
 hamum D 425 Sicque *Molter* 427 waltrius C 429 pannonia H  
 431 fluū C 432 renū AHB | quo D 433 uormociam C war-  
 matiam H 434 dedit pisces (b a ss. pr.) D 436 Horta uel Oorta  
 A | tenebras postq̄ // // cusserat atras. D b et a litteris ss. ordinem  
 restituit, postq̄z effecit, ex rasurae superscripsit D<sup>s</sup> 437 exurgens  
 DBT 438 coquo DHT cocco A cocco CB quoco b 439 uenator B

- 440 Hos cum pigmentis condisset et apposuisset  
 Regi Gunthario, miratus fatur ab alto:  
 'Istius ergo modi pisces mihi Francia numquam  
 Ostendit: reor externis a finibus illos.  
 Dic mihi quantocius: cuias homo detulit illos?'
- 445 Ipseque respondens narrat, quod nauta dedisset.  
 Accersire hominem princeps praecepit eundem.  
 Et, cum uenisset, de re quaesitus eadem  
 Talia dicta dedit causamque ex ordine pandit:  
 'Uespere praeterito residebam litore Rheni
- 450 Conspequique uiatorem propere uenientem  
 Et ueluti pugnae certum per membra paratum:  
 Aere etenim penitus fuerat rex inclite cinctus  
 Gesserat et scutum gradiens hastamque coruscam.  
 Namque uiro forti similis fuit et licet ingens
- 455 Asportaret onus, gressum tamen extulit acrem.  
 Hunc incredibili formae decorata nitore  
 Assequitur calcemque terit iam calce puella.  
 Ipsaque robustum rexit per lora cauallum  
 Scrinia bina quidem dorso non parua ferentem,

---

440 cum αD dum HyI | Is cum coxisset studiosus & adposuisset D 441 cundhario H 442 modi /// // pisces D nunquam mihi francia pisces C u. 444 *deest in B at est in HT cett.* quam totius T quantitius b | cui.as (n al. ss.) A | homo qs t dederit istos (qs ex quos rasura) D 447 Et cum ADHBTI Qui cum C 449 litore reni T 451 membra ADB 452 Uere D | cunctus A 453 choruscam HT 455 gressus t. e. acrem (*non acres*) T | intulit I 456 incredibilis B | decorata decore D decorata puella C 457 calce natore C 458 caballum DHγ 459 gerentem D

- 460 Quae, dum ceruicem sonipes discussisset altam,  
 Atque superba cupit glomerare uolumina crurum,  
 Dant sonitum, ceu quis gemmis illiserit aurum.  
 Hic mihi praesentes dederat pro munere pisces.  
 His Hagano auditis, ad mensam quippe resedit,
- 465 Laetior in medium prompsit de pectore uerbum:  
 'Congaudete mihi quaeso, quia talia noui:  
 Waltharius collega meus remeauit ab Hunis.'  
 Uociferatur et omnis ei mox aula reclamationat.  
 Guntharius princeps ex hac ratione superbus:
- 470 'Congaudete mihi iubeo, quia talia uixi.  
 Gazam quam Gibicho regi transmisit eoo,  
 Hanc nunc cunctipotens huc in mea regna remisit.'  
 Haec ait et mensam pede perculit exiliensque  
 Ducere equum iubet et sella componere sculpta
- 475 Atque omni de plebe uiros secum duodenas  
 Uiribus insignes, animis plerumque probatos  
 Legerat. inter quos simul ire Haganona iuebat.'

---

460 discusserat B | alta D 461 At b | furit I | curru I  
 462 geminis A 464 resedit *in ras. pr.* B 465 prompsit C 466 C.  
 mecum I 468 *post* 469 *in* HBT | undharius et omnis... Vocife-  
 ratur *etq.s.* b (?) 469 Cundharius Hb (*in hoc C littera excidit, non G,*  
*ut docet u. 513*) 470 queso T | uixi] noui DBb *in H talia cum*  
*uoce insequenti deest. talia uidi uel ad talia uixi Reiffenberg.* uici (*.i.*  
*lucratus sum*) Biester; *ego aliquando uisi.* 471 gybichus H gibicho  
 B 472 Hanc nunc] Hē nē A hē nē C Hanc mihi H Nunc mihi  
 BTI Hanc deus omnipotens D 473 pertulit *an* perculit *dubium* C  
 474 sellam c. sculptam DH | componere A 476 pl. robustos D  
 477 simul et hag. B | Haganona ire I haganonem T Haganone H  
 haganon b | audebat b

Qui memor antiquae fidei sociique prioris  
Nititur a coeptis dominum transuertere rebus.

480 Rex tamen e contra nihilominus instat et inquit:

'Ne tardate uiri, praecingite corpora ferro  
Fortia, squamosus thorax iam terga recondat.  
Hic tantum gazae francis deducat ab oris?'

Instructi telis, nam iussio regis adurget,  
485 Exhibant portis te Waltharium cupientes  
Cernere et inbellem lucris fraudare putantes.  
Sed tamen omnimodis Hagano prohibere studebat:  
At rex infelix coeptis respiscere non uult.

Interea uir magnanimus de flumine pergens

490 Uenerat in saltum iam tunc Vosagum uocitatum.  
Nam nemus est ingens spatiosum, lustra ferarum  
Plurima habens, suetum canibus resonare tubisque.  
Sunt in secessu bini montesque propinqui,  
Inter quos licet angustum specus extat amoenum

495 Non tellure caua factum sed uertice rupum:  
Apta quidem statio latronibus illa cruentis.  
Angulus hic uirides ac uescas gesserat herbas.  
Hunc mox ut uidit iuuenis: 'huc' inquit 'eamus,

---

479 acceptis A inceptis D | transmitters (*inde* transuertere  
*factum pr.*) C 480 econtra B | nichilominus C 481 praecingere  
DbI 482 suamosus C squamosos A | thorae iã tega A torax iã//  
terga (p *eras.*) D 483 Ne hic tantum T | francis gazę deduxit ab  
horis C deducet *uel* Haud (*uel* Ne) tantum *Merilius* 485 uultha-  
rium A 86 Sternere DB | inbellem AD imbelles T 487 propere-  
rare studebat T 490 tunc ADT tum CB | Wasagum D 492 tubq; C  
495 ruptum CT 497 huc T | uescas g. escas T 498 Hunc aD  
Huc H *nif. et γ* | uidet b *t. Merilio*

- His iuuat in castris fessum componerè corpus.  
 500 Nam postquam fugiens Auarum discesserat oris,  
 Non aliter somni requiem gustauerat idem  
 Quam super innixus clipeo: uix clauserat orbes.  
 Bellica tum demum deponens pondera dixit  
 Uirginis in gremium fusus: 'circumspice caute  
 505 Hiltgunt et nebulam si tolli uideris atram,  
 Attactu blando me surgere conmonitato,  
 Et licet ingentem conspexeris ire cateruam,  
 Ne subito excutias somno mi cara caueto,  
 Nam procul hinc acies potis es transmitters puras.  
 510 Instanter cunctam circa explora regionem.'  
 Haec ait atque oculos concluderat ipse nitentes  
 Iamque diu satis optata fruitur requiete.  
 Ast ubi Guntharius uestigia puluere uidit,  
 Cornipedem rapidum saeuus calcaribus urget  
 515 Exultansque animis frustra sic fatur ad auras:

---

499 Hiis T | componere A 500 fugens A | horis CB aruis H  
 501 requiem sompni C | somn' A | g. ipse D 502 innexus B |  
 baculo (*mg. pr. clipeo*) C 503 pectora pondera (*lineola subducta*  
*prior uox deleta*) pondèa ex pondia *pr. corr.* A 505 hiltgunt B  
 Hiltgund T Hildegund H 506 Adtactu D | conmon. A 508 Ne  
 subito me excutias a somno H Ne excutias somno subito B Ne  
 excutias subito somno T | subit A | sompno C | mihi Tb | somno  
 me *uel* somnum mihi *IGrimm* mea cara *Molter* | kara DHb chara T  
 509 potis è DB | potis es acies T | curas D 510 Instanter ADBT  
 Instantem CH? 511 oculos A 512 Sic tandem optata fessus  
 fruiturque quiete D 513 cundharius Hb | in puluere  $\alpha$  in *om.* DHy  
 515 animis! frustra sic B | fūstra (*r ss. pr.*) A | auras  $\omega$  aures  
*Bicster*

'Accelerate uiri, iam nunc capietis eundem:  
Numquam hodie effugiet, furata talenta relinquet.'

Inclitus at Hagano contra mox reddidit ista:

'Unum dico tibi regum fortissime tantum:

520 Si totiens tu Waltharium pugnasse uideres

Atque noua totiens quotiens ego caede furentem,

Numquam tam facile spoliandum forte putares.

Uidi Pannonias, acies cum bella cierent

Contra aquilonares siue australes regiones:

525 Illic Waltharius propria uirtute coruscus

Hostibus inuisus sociis mirandus obibat:

Quisquis ei congressus erat, mox tartara uidit.

O rex et comites experto credite, quantus

In clipeum surgat, quanta ui torqueat hastam.'

530 Sed dum Guntharius male sana mente grauatus

Nequaquam flecti posset, castris propiabant.

Et procul aspiciens Hiltgunt de uertice montis

Pulvere sublato uenientes sensit et ipsum

Waltharium placido tactu uigilare iubebat.

535 Qui caput attollens scrutatur, si quis adiret?

---

516 eundem  $\alpha$ DH euntem  $\gamma$  | u. 519 post 520 in C 520 pugnare uidisses T 522 sp. credo putares D 523 pannonias  $\alpha$ DBT pannonicas H | cierent l' mouerent A coirent D 524 aquilonenses B aquilonales bT 525 choruscus HBT coruscās (u ss. pr.) C 527 ei om. b 529 assurgat *Merilius* | quanta ui  $\alpha$ D (at ui ss. pr. A) quo turbine Bb t.*Merilio* qua turbine HTb? 530 Sed cum Bb t.*Mer.* | cuntarius C guntherius D cundharius H 531 Neq̄q̄ C | prope-rabant *Moshemius* 532 At procul CDHT | hiltgunt HT hilgunt B 534 iubebat AD monebat CHBT 535 adtollens CB attollens C

- Eminus illa refert quandam uolitare phalangem.  
 Ipse oculos tersos somni glaucomate purgans  
 Paulatim rigidos ferro uestiuerat artus  
 Atque grauem rursus parmam collegit et hastam  
 540 Et saliens uacuas ferro transuerberat auras  
 Et celer ad pugnam telis prolusit amaram.  
 Cominus ecce coruscantes mulier uidet hastas  
 Ac stupefacta nimis: 'Hunos hic' inquit 'habemus.'  
 In terramque cadens effatur talia tristis:  
 545 'Obsecro, mi senior, gladio mea colla secentur,  
 Ut, quae non merui pacto thalamo sociari,  
 Nullius ulterius patiar consortia carnis.'  
 Tum iuuenis: 'cruor an nocuus me tinxerit?' inquit  
 'Aut quo forte modo gladius potis est inimicos  
 550 Sternere, tam fidae si nunc non parcit amicae?  
 Absit quod rogitas, mentis depone pauorem.  
 Qui me de uariis eduxit saepe periculis,  
 Hic ualet hic hostes credo confundere nostros.'  
 Haec ait atque oculos tollens effatur ad ipsam:  
 555 'Non assunt Auares hic sed Franci nebulones  
 Cultores regionis,' et en galeam Haganonis

---

536 Et nunc illa *Moshemius* | quantam B 537 oculos A | terso  
 D 341 prolusit *aBT* praelusit D? *Fischer* 542 Comminus B |  
 chorusc. BT 545 secentur *AHBT* secede CD recide *Moller* se-  
 cato *Merilius* 546 thalomo A thalamo C 548 Dum A Tum *ni f.*  
 C<sup>1</sup> Dum *in ras.* C<sup>2</sup> Tunc B | an nocuus *a* innocuus *DBT* | *iq̄.*  
*(interrogandi nota falso posita)* D 549 Et quo *γ* 550 pacit T  
 553 confundere credito nostros T 555 *h an h dubium* C | oculos  
 A 555 adsunt B sunt (*om. ad*) A

Aspicit et noscens iniunxit talia ridens:

'Et meus hic socius Hagano collega ueternus.

Hoc heros dicto introitum stationis adibat

560 Inferius stanti praedicens sic mulieri:

'Hac coram porta uerbum modo iacto superbum:

Hinc nullus rediens uxori dicere Francus

Praesumet se inpune gazae quid tollere tantae.'

Nec dum sermonem compleuit, humotenus ecce

565 Corruit et ueniam petiit, quia talia dixit.

Postquam surrexit contemplans cautius omnes:

'Horum quos uideo nullum Haganone remoto

Suspicio: namque ille meos per proelia mores

Iam didicit, tenet hic etiam sat callidus artem.

570 Quam si forte uolente deo intercepero solam,

Tunc' ait 'ex pugna tibi Hiltgunt sponsa reseruo.'

Ast ubi Waltharium tali statione receptum

Conspexit Hagano, satrapae mox ista superbo

Suggerit: 'o senior desiste lacessere bello

575 Hunc hominem. pergant primum qui cuncta requirant

Et genus et patriam nomenque locumque relictum.

557 gnoscens Hb | ridens vl' dicens B | noscens inquit ac talia  
 ridens D 558 Est meus et uetustus *Molter* 560 Inferius D<sup>s</sup> |  
 stat i praedicens (i al. *intrusum*) A | sic praedicens C 561 u. nunc  
 iacto D 562 rediens nullus (*pr. c.*) D 563 inpune A | quid (d  
 ex n al.) A <sup>al</sup>q C | fire. l' tante C | meae q. t. gazae *Merilius*  
 564 Haec dum B | compleuit sermonem T 567 Haganone recepto  
*Biester* 569 Quam didicit B 570 Quem et solum DH 571 Hac  
 ait D | hiltgunt C hilgunt B 573 hagno T 574 lacessere B  
 575 Hunc] He uel he C



Uel, si forte petat pacem sine sanguine praebens  
 Thesaurum, per responsum cognoscere hominem  
 Possumus, et si Waltharius remoratur ibidem,  
 580 Est sapiens, forsán uestro concedet honori.'

Praecipit ire uirum cognomine rex Camelonem,  
 Inclita metensi quem Francia miserat urbi  
 Praefectum, qui dona ferens deuenerat illo  
 Anteriore die quam princeps nouerat ista.  
 585 Qui dans frena uolat rapidoque simillimus euro  
 Transcurrit spatium campi iuuenique propinquat  
 Ac sic obstantem compellat: 'dic homo quisnam  
 Sis? aut unde uenis, *iuuenis*, quo pergere tendis?'  
 Heros magnanimus respondit talia dicens:  
 590 'Sponte tua uenias huc an te miserit ullus,  
 Scire uelim.' Camelo tunc reddidit ore superbo:  
 'Noris Guntharium regem tellure potentem  
 Me misisse tuas quaesitum pergere causas.'

577 petit D 578 Thezaurum T | humonem C 580 concedat  
 B concedere *Moshemius* | uestró concedet fòrsan (*pr. corr.*) D 581  
 rex *pr. ss.* A | kamelonem C calamonem B camalonem bT 582 met-  
 tensi Bb | urbe D 584 qua D | nouerat *in ras. pr.* D nouerit T  
 nouerāt (*pr. corr.*) C 585 que *om.* T 586 Transcurrit (*pr. t ss.*)  
 C 588 Sis aut unde uenis quo pergere tendis αDb S. a. u.  
 uenis 'quo tendere pergis (*sic pro pergere tendis, atque marg. pr.*  
*add. 'tandem*) B uenis aut tu quo p. t. T uenis uel quonam p. t.  
*Fischer (ex C, ut ait: nescio an recentissima manu sic suppletum sit,*  
*antiqua manus cum A consentit). ego iuuenis addidi* 589 magna' C  
 590 an huc ω huc an *scripsi* | miserat D | *sequitur u.* 596 *statim de-*  
*letus suoque loco repetitus* C 591 uelim calamo' Tunc B | kamelo C  
 calamo B camalo T | tunc αDBT' tum *Fischer* 592 cuntarium C

His auscultatis suggesserat hoc adolescens:

- 595 'Ignoro penitus, quid opus sit forte uiantis  
 Scrutari causas: sed promere non trepidamus.  
 Waltharius uocor, ex Aquitanis sum generatus.  
 A genitore meo modicus puer obsidis ergo  
 Sum datus ad Hunos, ibi uixi nuncque recessi  
 600 Concupiens patriam dulcemque reuisere gentem.'  
 Missus ad haec: 'tibi iam dictus per me iubet heros,  
 Ut cum scriniolis equitem des atque puellam:  
 Quod si promptus agis, uitam concedet et artus.'

Waltharius contra fidenter protulit ista:

- 605 'Stultius effatum me non audisse sophistam  
 Arbitror. en memoras, quod princeps nescio uel quis  
 Promittat, quod non retinet nec fors retinebit.  
 An deus est, ut iure mihi concedere uitam  
 Possit? num manibus tetigit? num carcere trusit  
 610 Uel post terga meas torsit per uinacula palmas?  
 Attamen ausculta: si me certamine laxat, —  
 Aspicio, ferratus adest, ad proelia uenit —  
 Armillas centum de rubro quippe metallo

---

594 suggerat B 595 quod B 596 Scutari CD | non dubita-  
 mus Bb<sup>1</sup> (trepidamus ss. b) 598 Obsidis inque loco paruus geni-  
 tore coacto D 600 patriam] terram T 601 h (i. hoc) C | te iam  
*Molter* 602 equidem B 603 artus *pro salute positi uidentur (sic*  
*648 et 955 uitam salutemque poeta coniunxit. lip inti lidi confert IGrimm):*  
*nisi forte legendum arma, uid. u. 1192.* 605 sophistae *Molter*  
 606 quod *ω* quid *Fischer* | princeps quod (ss. o uocatiui nota) D  
 607 Permittat *Biester* 608 609 possit Vitam *γ* 610 torsit (*pr.*  
*corr.*) C 611 At tamen DB 613 centum] ceterum A

Factas transmittam, quo nomen regis honorem.'

615 Tali responso discesserat ille recepto.

Principibus narrat quod protulit atque resumpsit.

Tunc Hagano ad regem: 'porrectam suscipe gazam,

Hac potis es decorare, pater, te concomitantes;

Et modo de pugna palmam reuocare memento.

620 Ignotus tibi Waltharius et maxima uirtus.

Ut mihi praeterita portendit uisio nocte,

Non, si conserimus, nos prospera cuncta sequentur.

Uisum quippe mihi te colluctarier urso,

Qui post conflictus longos tibi mordicus unum

625 Crus cum poblite ad usque femur decerpserat omne

Et mox auxilio subeuntem ac tela ferentem

Me petit atque oculum cum dentibus eruit unum.'

His animaduersis clamat rex ille superbus:

'Ut uideo, genitorem imitaris Hagathien ipse.

630 Hic quoque perpauidam gelido sub pectore mentem

Gesserat et multis fastidit proelia uerbis.'

---

616 quod  $\omega$  quid *Fischer* 617 Hunc T | hanago C | regem  
 sic dixit suscipe gazam D 618 te cōmitantes A concomitantes  
 (te *om. sed pr. ss.*) C te concomitantes T tecum comitantes B te-  
 met comitantes D *cf. u. 1071: inter te comitantes* 621 proten-  
 dit A 622 conserim̄ /// (.i. conserimur) A | sequantur C 623 Visū  
*ex Visi al. corr.* A | cluctarier D | apro *FLinnig con.*, at mordicus  
*etiam urso conuenit et dentes* 627 *Haganonis intellegi uoluit auctor cf.*  
*1395.* 624 longos *om. et pr. marg. add.* C 625 poblite  $\alpha$  poplite  
*ceteri* 627 ac D | oculum A 628 Hiis T | réx élamat (*antiqua*  
*m. corr.*) D 629 hagathien AB agacien C agathine D hagathien  
 bT | Ut uideo patrem modo tu ipse agathine imitaris D 631 fasti-  
 diit *Fischer*

- Tunc heros magnam iuste conceperat iram, —  
 Si tamen in dominum licitum est irascier ullum.  
 'Haec' ait 'in uestris consistant omnia telis.  
 635 Est in conspectu quem uultis. dimicet omnis.  
 Cominus astatis nec iam timor impedit ullum;  
 Euentum uideam nec consors sim spoliatorum.'  
 Dixerat et collem petiit mox ipse propinquum  
 Descendensque ab equo consedit et aspicit illo.  
 640 Post haec Guntharius Cameloni praecipit aiens:  
 'Perge et thesaurum reddi mihi praecipe totum.  
 Quodsi cunctetur, scio tu uir fortis et audax,  
 Congredere et bello deuictum mox spoliato.'  
 Ibat metensis Camelo metropolitanus,  
 645 Uertice fulua micat cassis, de pectore torax,  
 Et procul acclamans: 'heus audi' dixit 'amice!  
 Regi Francorum totum trans mitte metallum,  
 Si uis ulterius uitam uel habere salutem.'  
 Conticuit paulum uerbo fortissimus heros,  
 650 Opperiens propius hostem aduentare ferocem.  
 Aduolitans missus uocem repetiuerat istam.

---

633 ulli B 634 Hec ait AD h ait (*i. hoc*) C En ait  $\gamma$  | omnia  
 uerbis T 635 En in D 636 Cominus B 637 sum D  
 639 illò C 640 cuntarius C | kameloni C calamoni Bb camaloni T  
 641 thesaurum T | mi A 642 Quod si B | cunctatur T | scio; tu  
*sic dist. Merilius scis Biester, an cito?* 643 spoliatum B 644 met-  
 tensis B | kamelo C calamo B camalo T 645 Uertice A | torax  
 aDB 646 heu T | audis B | amice] o *ss. pr.* D 647 tutum T  
 648 Si uelis BT Si ulterius uis (*antiqua m. corr.*) D 649 paulo  
 D paululum T | horos A 650 Operiens D | hostem propius (b a  
*ss. antiqua m.*) D | forocem A superbum b

- ['Regi Francorum totum trans mitte metallum!']  
 Tum iuuenis constans responsum protulit istud:  
 'Quid quaeris? uel quid reddi, importune coartas?  
 655 Numquid Gunthario furabar talia regi?  
 Aut mihi pro lucro quicquam donauerat ille,  
 Ut merito usuram me cogat soluere tantam?  
 Num pergens ego dampna tuli uestrae regioni,  
 Ut uel hinc iuste uidear spoliariet a te?  
 660 Si tantam inuidiam cunctis gens exhibet ista,  
 [Ut calcare solum nulli concedat eunti,]  
 Ecce uiam mercor, regi transmitto ducentas  
 Armillas. pacem donet modo bella remittens.'  
 Haec postquam Camelo percepit corde ferino:  
 665 'Amplificabis' ait 'donum, dum scrinia pandis.  
 Consummare etenim sermones nunc uolo cunctos:  
 Aut quaesita dabis, aut uitam sanguine fundes.'  
 Sic ait et triplicem clipeum collegit in ulnam  
 Et crispans hastile micans ui nititur omni  
 670 Ac iacit. at iuuenis deuitat cautiore ictum.  
 Hasta uolans casso tellurem uulnere mordit.  
 Waltharius tandem: 'si sic placet', inquit 'agamus.'

---

652 deest AC<sup>1</sup>DBT: in C alia sed coaeua m. margini addidit  
 cum hac nota: d' | ttū C<sup>2</sup> 653 Tunc B 654 inport. C 655 cun-  
 tario C 656 Aut quid pro Bb | q̄cq̄ D | iste *Biestet* 658 damna T  
 659 uel iniuste B 660 Et tantam D | exibet C 661 deest αD  
 662 uiam *margin. pr. add.* C | merear D 663 donet. modo bella re-  
 mittat D 664 kamelo C calamo B camalo T 666 Consummare C  
 668 ac b 671 mordit αBb mordet DT 672 Vultharius A | si/sic  
 D | inquit A | eamus (l' agamus *al. add.*) C

- Et simul in dictis hastam transmisit. at illa  
 Per laeuum latus umbonis transiuit et ecce  
 675 Palmam qua Camelo mucronem educere coepit,  
 Confixit femori transpungens terga caualli.  
 Nec mora, dum uulnus sensit sonipes, furit atque  
 Excutiens dorsum sessorem sternere temptat  
 Et forsán faceret, ni lancea fixa teneret.  
 680 Interea parmam Camelo dimisit et hastam  
 Complexus laeua satagit diuellere dextra.  
 Quod tum perspiciens currit celeberrimus heros  
 Et pede compresso capulo tenus ingerit ensem,  
 Quem simul educens hastam de uulnere traxit.  
 685 Tunc equus et dominus hora cecidere sub una.  
 At dum forte nepos conspexerat hoc Camelonis,  
 Filius ipsius Kuno cognomine fratris,  
 Quem referunt quidam Scaramundum nomine dictum,  
 Ingemit et lacrimis compellat tristior omnes:  
 690 'Haec me praë cunctis heu respicit actio rerum.

---

674 leñum (*pr. u ss.*) C 675 kamelo C calamo B 676 Af-  
 fixit D | caballi DBT 677 sentit BT 679 Et forsitan T 680 ca-  
 lamo B camalo T 681 dextram  $\gamma$  (*b t. Meril.*) 682 tum A dum  
 C mox Dy At tum *uel* Ac tum *Biester* | celerrimus D 683 com-  
 presso b 684 Que A 686 Et dum DBb | conspexeat A con-  
 spexit B | ñ (*i. haec*) A | kamelonis C camelonis D calamonis B  
 687 timo D chimo B kimo *ceteri* Gimo *nomen habet Goldastus*  
*(Rerum alamann. scriptores II a 100) in indice nominum ex membra-*  
*nis Sangallensibus descripto: ex ipsius Waltharii uitiosis libris oriun-*  
*dum facile suspiceris. cum nihili sit Kimo, leuissima mutatione nomen*  
*effeci iustre Kuno. Grimo conecit FLinnig.* 688 Que A 689 com-  
 pellit b 690 Heu me p. c. heu r. D

- Nunc aut commoriar uel carum ulciscar amicum.<sup>2</sup>  
 Namque angusta loci solum concurrere soli  
 Cogebant nec quisquam alii succurrere quiuit.  
 Aduolat infelix Scaramundus iam moriturus  
 695 Bina manu lato crispans hastilia ferro.  
 Qui dum Waltharium nullo terrore uideret  
 Permotum fixumque loco consistere in ipso,  
 Sic ait infrendens et equinam uertice caudam  
 Concutiens: 'in quo fidis? uel quae tua spes est?  
 700 Non ego iam gazam uel rerum quicque tuarum  
 Appeto, sed uitam cognati quaero perempti.<sup>3</sup>  
 Ille dehinc: 'si conuincar, quod proelia primus  
 Temptarim seu quid merui, quod talia possim  
 Jure pati, absque mora tua me transuerberet hasta.  
 705 Necdum sermonem concluderat, en Scaramundus  
 Unum de binis hastile retorsit in illum  
 Confestimque aliud. quorum celeberrimus heros  
 Unum deuitat, quatit ex umbone secundum.  
 Tunc aciem gladii promens Scaramundus acuti  
 710 Proruit in iuuenem cupiens praescindere frontem,  
 Effrenique in equo propius deuctus ad illum  
 Non ualuit capiti libratum infindere uulnus.  
 Sed capulum galeae inepigit: dedit illa resultans

---

691 aut c. aut c. D | charum T 693 quisq D 695 laxo D  
 696 Walterium A 699 quae ω quid *Fischer* 700 nec rerum γ |  
 quicque A | Non ego nunc gazam quicquam rerumque tuarum D  
 702 conuincas D 703 seu quid αT seu quod DB seu quo *IGrimm* |  
 quod (d in t) A 704 hasta (*pr. es.*) A 705 Nec dum B Nondum  
 D | compleuerat b 710 proscindere B 713 inepigit A | illi A

- Tinnitus ignemque simul transfudit ad auras.  
 715 Sed non cornipedem potuit girare superbum,  
 Donec Waltharius sub mentum cuspidis ictum  
 Fixerat et sella moribundum sustulit alta.  
 Qui caput orantis proprio mucrone recidens  
 Fecit cognatum pariter fluitare cruorem.
- 720 Hunc ubi Guntharius conspexit obire superbis,  
 Hortatur socios pugnam renouare furentes:  
 'Aggrediamur eum nec respirare sinamus,  
 Donec deficiens lassescat et inde reuinctus  
 Thesaurus reddet luet et pro sanguine poenas.'
- 725 Tertius en Ewurhardus abit bellumque lacessit,  
 Quamlibet ex longa generatus stirpe nepotum  
 O uir clare tuus cognatus et artis amator,  
 Pandare, qui quondam iussus confundere foedus  
 In medios telum torsisti primos Achiuos.
- 730 Hic spernens hastam pharetram gestauit et arcum,  
 Eminus emissis haud aequo marte sagittis

---

714 transfudit D 716 Waltharus A 717 Duxerat T  
 718 caput adtollens Bb (*hic tamen att. et orantis ss.*) ouantis .i. glo-  
 riantis neglecta lege metri con. Biester. 720 Nunc] *IV similis litterae*  
 H in C | cuntarius C 720 obisse γ 721 pugnam] bellum T | re-  
 uocare B 722 Dicens. aggrediamur e. n. r. s. BT | adgr. DB | ne b  
 723 *uersus deest* D | *lassescat* C *lasescat* B | *riunctvs* A 724 luit  
 D | *pęnam* B 725 Wurhardvs A wrhardus (*w littera litteris ve*  
*similis*) C *unde Werhardus Fischer* euuarhardus D uurimhardus B  
 wirmhardus b vuarmardus (*m, non in*) T Werinhardus *IGrimm*  
*Excidit in α prima littera E, quam seruauit* D Eburhardus *est in*  
*Ekkehardi casibus p. 103, 27. 104, 4. 10.* | *///* abit C 726 Quemlibet A  
 727 arcis *ni f.* C artus B armis T 731 haut CD



- Waltharium turbans. contra tamen ille uirilis  
 Constitit opponens clipei septemplicis orbem,  
 Saepius eludens uenientes prouidus ictus.
- 735 Nam modo dissiluit, parmam modo uergit in austrum  
 Telaque discussit, nullum tamen attigit illum.  
 Postquam Pandarides se consumpsisse sagittas  
 Incassum uidet, iratus mox exerit ensem  
 Et demum aduolitans has iactitat ore loquelas:
- 740 'O si uentosos lusisti callide iactus,  
 Forsan uibrantis dextrae iam percipis ictum.'  
 Illi Waltharius ridenti pectore adorsus:  
 'Iamque diu satis exspecto certamina iusto  
 Pondere agi. festina, in me mora non erit ulla.'
- 745 Dixerat et toto conixus corpore ferrum  
 Conicit. hasta uolans pectus reserauit equinum:  
 Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras  
 Uerberat effundensque equitem cecidit super illum.  
 Accurrit iuuenis et ei ui diripit ensem.
- 750 Casside discussa crines complectitur albos  
 Multiplicesque preces nectenti dixerat heros:  
 'Talia non dudum iactabas dicta per auras.'

---

732 turbat D 733 obponens CD 735 dissuluit B dissilijt T  
 737 Postq D 739 hic uersus in A ultimus est folii 13<sup>a</sup>; f. 14<sup>r</sup> summo  
 ante u. 740 erasi sunt duo uersus, nempe 614 615 ut patet ex paucis  
 quae dignosci possunt uerbis (... transmittam et Tali responso  
 742 Illi α Olli D<sub>γ</sub> | uultharius A | adortus Molter 743 expecto  
 CDBT 744 illa D<sup>1</sup> (rec. corr.) 745 conixus αDB | corpore Ay  
 pectore CD 747 calcibus aruum D 748 V. effundens equitemque  
 cadit super ipsum Biester 750 compl. A | ambos D 752 ludum C

Haec ait et truncum secta cervice reliquit.

Sed non dementem tria uisa cadauera terrent

755 Guntharium: iubet ad mortem properare uicissim.

En a saxonice oris Ekeurid generatus

Quartus temptauit bellum, qui pro nece facta

Cuiusdam primatis eo diffugerat exul.

Quem spadix gestabat equus maculis uariatus.

760 Hic ubi Waltharium promptum uidet esse duello:

'Dic', ait 'an corpus uegetet tractabile temet

Siue per aerias fallas maledicte figuras?

Saltibus assuetus faunus mihi quippe uideris.'

Illeque sublato dedit haec responsa cachinno:

765 'Celtica lingua probat me ex illa gente creatum

Cui natura dedit reliquas ludendo praeire.

At si te propius uenientem dextera nostra

Attingat, post Saxonibus memorare ualebis,

Te nunc in Vosago fauni fantasma uidere.'

770 'Attemptabo quidem, quid sis', Ekeurid ait, ac mox

Ferratam cornum grauiter iacit. illa retorto

---

753 h̄ ait (.i. hoc) C | reliquid A 755 cuntarium C  
 756 s̄ōxonicis (*pr. corr.*) C | ekeurid α ekiurid Bb erefrid T eke-  
 rich D | ekiurid oris B 758 primātis eō C | defugerat D  
 759 uariatum C 760 uultharium A 761 Sic ait D 762 p̄ ///  
 aerias D aereas CT | maledicta B māledicte D 763 asuetus D<sup>1</sup>  
 765 te ex ω me *scripsi*: at fortasse auctor personam prorsus omisit. |  
 creantum C 766 reliquos B 767 Ac si D<sup>1</sup> | si /// te C | dextera A  
 768 Attingit D<sup>1</sup> Attinget *rec. corr.* D 769 uuasago D 770 ad-  
 temptabo B | quidem] quod A | ekeurid α ekurid B erefrid T ekirih  
 D | ac mox ω et mox *Fischer* ex mox *operarum error ed. IGrimm.*  
 771 Ferratam pinum D "iacit" grauiter (*ant. corr.*) D

Emicat ammento: quam durus fregerat umbo.

Waltharius contra respondit cuspide missa:

'Haec tibi siluanus transponit munera faunus.

775 Aspice, num mage sit telum penetrabile nostrum.'

Lancea taurino contextum tergore lignum

Diffidit ac tunicam scindens pulmone resedit.

Uoluitur infelix Ekeurid riuumque cruoris

Euomit: en mortem fugiens incurrit eandem.

780 Cuius equum iuuenis post tergum in gramen abegit.

Tunc a Gunthario clipeum sibi postulat ipsum

Quintus ab inflato Hadawartus pectore lusus.

Qui pergens hastam sociis dimisit habendam

Andax in solum confisus inaniter ensem.

785 Et dum conspiceret deiecta cadauera totam

Conclusisse uiam nec equum transire ualere,

Dissiliens parat ire pedes. petit acer in armis

Waltharius laudatque uirum, qui praebuit aequam

Pugnandi sortem Hadawartum. dixit at ille:

790 'O uersute dolis et fraudis conseie serpens

---

. 772 ammento AT amento *ceteri* 773 ultharius contra fiden-  
ter protulit ista A Waltharius contra respondit cuspide missa *ceteri*.  
774 transpondit α („a pondo, zuwägen“ *Biester*, potius ex respondit  
*superioris uersus natum cf. 340* hamum transponit in undam) trans-  
ponit DT transmittit B 776 lignum] scutum D 778 ekeurid α  
ekiurid B erefrid T ekirih D 779 en] & D 781 Tunc] ē *initiali*  
*omissa* A | guntario C 782 hadewartus A (*at cf. 789*) hadawartus C  
hadauuardus Dγ 787 Dissiliens αDT Desiliens B | petit α stetit *ceteri*  
789 Pugndi C | sortem hadawartum dixit A sortem hadawartum.  
dixit C sortem hadawardum. dixit T sortem hadauart tum dixit  
DBb | ad illum ω at ille *scripsi* (*cf. at ille 1066 at illa 226 at illum*  
*908*) P. sortem. Hadawartus dixit ad illum *IGrimm*. 790 et] ac T

Occultare artus squamoso tegmine suetus  
 Ac ueluti coluber girum collectus in unum,  
 Tela tot euitas tenui sine uulneris ictu  
 Atque uenenatas ludis sine more sagittas?  
 795 Numquid et iste putas astu uitabitur ictus  
 Quem propius stantis certo libramine mittit  
 Dextra manus? neque enim is teli seu uulneris auctor.  
 Audi consilium, parmam deponito pictam:  
 Hanc mea sors quaerit, regis quoque sponsio praestat,  
 800 Nolo quidem laedas, oculis quia complacet ista.  
 816 Istic deponas pondus, quod tanta uiarum  
 817 Portasti spatia ex Auarum nam sedibus altis.  
 801 Sin alias, licet et lucem mihi dempseris almam,  
 Assunt hic plures socii carnisque propinqui,  
 Qui, quamuis uolucrum similes pennasque capessas,

791 suamoso αD 793 tenuis <sup>b</sup>ñ uulneris ictu; sine <sup>a</sup>(sic uoce ñ  
*deleta corr. pr.*) A tenui sine CDγ 794 morte T 795 ictus] arcus D  
 797 neque ABT nec CD | is teli seu αbT iste seu B nec enim telum  
 sine uulnere transit D is telorum IGrimm is leti seu uulneris Merilius  
 iste leuis tibi uulneris *ego aliquando antequam uergilianum locum aduerti.*  
 798 deponere B depone T | pictam] petitam T 799 praestat ω  
 patrat *falsa Fischeri lectio* 800 reddas (*sc. scrinia*) Biester | occu-  
 lis A | quia ω quod Fischer | istis ω scripsi ista | Post u. 800 ego  
*reuocaui uu. 816 817 (quos post u. 818 collocauerat IGrimm.): talia*  
*dixisse Hadawartum ex ipsius uerbis 801: Sin alias Waltharique 806:*  
*De reliquis taceo satis certo proditur. Atque pondus quod ex Auari-*  
*bis attulit ille non dubium quin ipsa sit gaza, non parma. 816 Istine*  
 T | I. ne ponas γ | quod tanta pondus uiarum A 817 Portasta  
*pr. corr.* A Portauit D | nam] iam D Molter, an clam? | spatia? ex  
 a. n. s. altis. s C 801 aliās C | almam] istam D 802 Adsunt B  
 803 quia] quā A | uolucrum D | similes CTb *t. Mer.*

- Te tamen immunem numquam patientur abire.<sup>3</sup>
- 805 Belliger at contra nil territus intulit ista:  
 'De reliquis taceo, clipeum defendere curo.  
 Pro meritis mihi crede bonis sum debitor illi.  
 Hostibus iste meis se opponere saepe solebat  
 Et pro uulneribus suscepit uulnera nostris.
- 810 Quam sit oportunus hodie mihi cernis, et ipse  
 Non cum Walthario loquereris forsán, abesset.<sup>3</sup>  
 'Uiribus o summis hostem depellere cures,  
 Dextera ne rapiat tibi propugnacula muri.'  
 'Tu clauum umbonis studeas retinere sinistra,
- 815 Atque ebori digitos circumfer glutine fixos.'  
 818 Ille dehinc: 'inuitus agis, si sponte recusas.  
 Nec solum parmam, sed æquum cum uirgine et auro
- 820 Reddes: tum demum scelerum cruciamina pendes.'  
 Haec ait et notum uagina diripit ensem.  
 Inter se uariis terrarum partibus orti  
 Concurrunt. stupuit Vosagus haec fulmina et ecce  
 Ambo sublimes animis ac grandibus armis,

---

804 immunem ADB | paciuntur D patientur BT 807 Pro  
 multis *Biester* 808 ipse meis CD | se *om.* T | obponere C | sese  
 opposuisse solebat B 810 hodie decernis (de *del.* mihi *ss. antiqua m.*)  
 D 811 uultharo A | forsán] si *ss. antiq. m.* D *ante hanc uocem*  
*uirgulam posuit Fischer, secutus est IGrimm; ego transposui.* 812 par-  
*mam adloqui suam Waltharium suspicatur FLinnig.* | o ex e D | de-  
 pellere] depromere B 813 dextera A | propugnaculi b 814 clium C  
 818 agis ω ages *IGrimm* | si] quod T 819 solam D | equ C  
 820 tum "tañ ( *marg. pr. "tū*) D | scelerum *pr. ss.* D 823 stupu/it  
 (i ex u) A | uuasagus D uosegus Bb | f. et ictus γ 824 Olli subl.  
 BT | sublimis animus T

- 825 Hic gladio fidens hic acer et arduus hasta  
 Inter se multa ac ualida ui proelia miscent.  
 Non sic nigra sonat percussa securibus ilex,  
 Ut dant tinnitus galeae clipeique resultant.  
 Mirantur Franci, quod non lassesceret heros  
 830 Waltharius cui nulla quies spatiumue dabatur.  
 Emicat hic inpune putans iam wormatiensis  
 Alte et sublato consurgit feruidus ense  
 Hoc ictu memorans semet finire duellum:  
 Proudus at iuuenis ferientem cusptide adacta  
 835 Intercepit et ignarum dimittere ferrum  
 Cogebat. procul in dumis resplenduit ensis.  
 Hic ubi se gladio spoliatum uidit amico,  
 Accelerare fugam fruticesque uolebat adire.  
 Alpharides fretus pedibus uiridique iuuenta  
 840 Insequitur dicens: 'quonam fugis? accipe scutum.  
 Sic ait atque hastam manibus leuat ocuis ambis  
 Et ferit. Ille cadit, clipeus superintonat ingens.  
 Nec tardat iuuenis: pede collum pressit et hasta  
 Diuellens parmam telluri infixerat illum.  
 845 Ipse oculos uertens animam sufflauit in auram.

---

825 Hi A | ille acer *Biester* 826 ac *om.* D et CB 827 ilex  
 p. s. sonat A 829 frauci D | lassesceret C lacesseroet D lasesceret  
 B lassesseroet T 831 inpune A | vuarmaciensis T 832 sub lato A  
 833 duello (*v̄ ss. pr.*) B 835 ignauum (*u rec. in ras.*) D ignauum T  
*quod coniecit Merilius conl. u. 1298* 837 Hi A 839 *post* Alphari-  
 des<sup>5</sup> *littera incerta ss.* C | fretus in pedibus D 841 ambis] ipse T  
 844 Etuellens D 845 oculos A | auram ADBT auras C

- Sextus erat Pataurid. soror hunc germana Haganonis  
 Protulit ad lucem. quem dum procedere uidit,  
 Uocibus et precibus conatur auunculus inde  
 Flectere proclamans: 'quonam ruis? aspice mortem,  
 850 'Qualiter arridet. desiste! en ultima Parcae  
 Fila legunt. o care nepos te mens tua fallit.  
 Desine. Waltharii tu denique uiribus inpar.'  
 Infelix tamen ille means haec omnia spreuit,  
 Arsit enim uenis laudem captare cupiscens.  
 855 Tristatusque Hagano suspiria pectore longa  
 Traxit et has imo fudit de corde loquelas:  
 'O uortex mundi fames insatiatus habendi,  
 Gurges auaritia, cunctorum fibra malorum!  
 O utinam solum glutires dira metallum  
 860 Diuitiasque alias homines inpune remittens.  
 Sed tu nunc homines peruerso numine perfians  
 Incendis nullique suum iam sufficit. ecce  
 Non trepidant mortem pro lucro incurrere turpem.  
 Quanto plus retinent, tanto sitis ardet habendi.  
 865 Externis modo ui modo furtiue potiuntur

---

846 pataurid  $\alpha$  patarid BT (at cf. 912) paterih D | gmna (litterae  
 g compendium syllabae er ss., m litterae subiecta i uel a littera) A  
 851 chare T 852 Defit& ni f. A | Walterii A | inpar A 854 uenis  
 $\alpha$ B ferus D iuuenis T Fischer 855 Tristatûq. (s pr. ss.) B Trista-  
 tur DT que om. D 856 uno A | de peç corde C 857 fames  $\omega$   
 insatiatus  $\alpha$ BT insaciata D Molter Merilius conl. 859 dira: at fames  
 habendi auctori dicitur uortex insatiatus mundi | tenendi D 859 glut-  
 tires sola m. B 860 D. a. uecors inpune r. D | inpune AD  
 863 trepidat B 865 Exîmis C

Et, quod plus renouat gemitus lacrimasque ciebit,  
Caeligenas animas Erebi fornace retrudunt.

Ecce ego dilectum nequeo reuocare nepotem,  
Instimulatus enim de te est o saeua cupido.

- 870 En caecus mortem properat gustare nefandam  
Et uili pro laude cupit descendere ad umbras.  
Heu mihi care nepos matri quid perditte mandas?  
Quis nuper ductam refouebit care maritam,  
Cui nec rapte spei pueri ludicra dedisti?
- 875 Quis tibi nam furor est? unde haec dementia uenit?"  
Sic ait et gremium lacrimis consparsit .obortis,  
Et "longum formose uale" singultibus edit.

Waltharius licet a longe socium fore maestum  
Attendit clamorque simul peruenit ad aures.

- 880 Unde incursantem sic est affatus equestrem:  
'Accipe consilium iuuenis fortissime nostrum  
Et te conseruans melioribus utere fatis.  
Desine, nam tua te feruens fiducia fallit.  
Heroum tot cerne neces et cede duello,
- 885 Ne suprema uidens hostes facias mihi plures.'  
'Quid de morte mea curas' ait ille 'tyranne?

---

866 lachrimasque T | ciebit // t (a *eras. pr. corr.*) A ciebis γ  
867 retrudit D 869 est de te b 870 En ceus A En citius D 872 Heu  
mi B *Biester* | chare T | quid matri Bb 873 chare T 874 raptae  
A rapte CTb *t. Meril.* rapta DB *at spe rapta* D | Cui nec grata ex  
spe pueri ludicra dedisti *Biester* 875 iam D 876 lacrimis T |  
lacrimis gremium (.b. .a. *ss. pr.*) A | consparsit α *consersit ceteri*  
876 s. Sic ait et gemitum l. cōpressit o. Magnis atque uale longum  
sing. edit D 877 famose A 878 Wltarius A | alonge B 879 Ad-  
tendit DB 881 iuu. clarissime γ 884 Eroum A 886 tiranne D



- Est modo pugnandum tibimet, non sermocinandum.<sup>2</sup>  
 Dixit et in uerbo nodosam destinat hastam,  
 Cuspide quam propria diuertens transtulit heros,  
 890 Quae subuecta choris ac uiribus acta furentis  
 In castrum uenit atque pedes stetit ante puellae.  
 Ipsa metu perculsa sonum prompsit muliebrem.  
 At postquam tenuis redit in praecordia uirtus,  
 Paulum suspiciens spectat, num uiueret heros.  
 895 Tum quoque uir fortis Francum discedere bello  
 Iussit. at ille furens gladium nudauit et ipsum  
 Incurrens petiit uulnusque a uertice librat.  
 Alpharides parmam demum concusserat aptam  
 Et spumantis apri frendens de more tacebat.  
 900 Ille ferire uolens se pronior omnis ad ictum  
 Exposuit, sed Waltharius sub tegmine flexus  
 Delituit corpusque suum contraxit et ecce  
 Uulnere delusus iuuenis recidebat ineptus.  
 Finis erat, nisi quod genibus tellure refixis  
 905 Belliger accubuit calibemque sub orbe cauebat.  
 Hic dum consurgit, pariter se subrigit ille  
 Ac citius scutum trepidus sibi praetulit atque

---

889 proprio B 890 subiecta D | choris αBT totis D coris  
*recte Molter intellexit, pro aciebus positum putabat Fischer conl. Vergil.*  
 A. V 581. 892 percussa D | prompsit A 893 At] Et T uirtus]  
 sanguis Bb 894 Paulo D 895 Tum ω Tunc Fischer | discedere  
 ADBT decedere C (*quod uu. 340 942 958 est in ω*) 899 mor//e A  
 900 adictum B 903 iuuenem decepit ineptum. D 805 occubuit  
*Merilius | galeeq; (antig. m. ss. calibemq;) D | cauebat (antig. corr. m.)*  
 D acuebat Molter 906 Hic tum D | pariterque se T | ipse B  
 907 trepide C

- Frustra certamen renouare parabat. at illum  
 Alpharides fixa gladio petit ocius hasta  
 910 Et mediam clipei dempsit uasto impete partem  
 Amatam resecaans loricam atque ilia nudans.  
 Labitur infelix Pataurid sua uiscera cernens  
 Siluestrique ferae corpus, animam dedit Orco.  
 914 Hunc sese ulturum spondens Gerwitus adiuit,  
 940 Hic in Wormatiae campis comes extitit ante.  
 915 Qui forti subuectus equo suprauolat omnem  
 Stragem quae angustam concluderat obuia callem.  
 Et dum bellipotens resecaaret colla iacentis,  
 Uenit et ancipitem uibrauit in ora bipennem.  
 Istius ergo modi Francis tunc arma fuere.  
 920 Uir celer obiecit peltam frustraui et ictum  
 Ac retro saliens hastam rapiebat amicam  
 Sanguineumque ulua uiridi demerserat ensem.  
 Hic uero metuenda uirum tum bella uideres.  
 Sermo quidem nullus fuit inter martia tela:  
 925 Sic erat aduerso mens horum intenta duello.

908 Frustra C | reuocare B | parabat auillum A 910 depres-  
 serat impetu partem. D 911 Amatam A Armatam C Armaticam  
 D Hamatam BT 912 pataurid aB patafrid T paterih D 913 Sil-  
 uanisue feris D | ōco (*pr. corr.*) C 914 geruuitus aT geruuidus  
 D geruuintus B Gerwicus *IGrimm.* | *post h. u. conlocui u.* 940 | Hē  
 in C Idem worm. γ | ētitit (*pr. corr.*) C 915 subuectus forti  
 (.b. .a. ss. pr.) A | fortis C | supra uolat B supereuolat D 916 an-  
 gustum D 917 recidisset colla γ 918 bibennem D 920 bel-  
 tam D 922 diñserat A *unde ego demerserat; dimiserat ceteri*  
 923 hīc C Sic A | uere D | *marg. antiqua m. add. si fuisses* D | uirū  
 (*ss. antiq. m. orum*) | D 924 inter inercia A | bella D

- Is furit, ut caesos mundet uindicta sodales,  
 Ille studet uitam toto defendere nisu  
 Et, si fors dederit, palmam retinere triumphi.  
 Hic ferit, ille cauet, petit ille, reflectitur iste:  
 930 Ad studium fors et uirtus miscentur in unum.  
 Longa tamen cuspes breuiori depulit hostem  
 Armatum telo, girat sed et ille cauillo  
 Atque fatigatum cupiebat fallere hominem.  
 Iam magis atque magis irarum mole grauatus  
 935 Waltharius clipeum Gerwiti sustulit imum  
 Transmissoque femur penetrauerat inguine ferrum.  
 Qui post terga ruens clamorem prodidit acrum  
 Exitiumque dolens pulsabat calcibus arum.  
 939 Hunc etiam truncum caesa ceruice reliquit.  
 941 Tunc primum Franci ceperunt forte morari  
 Et magnis precibus dominum decedere pugna  
 Deposcent. furit ille miser caecusque profatur:  
 'Quaeso uiri fortes et pectora saepe probata,  
 945 Ne fors haec cuiicumque metum sed conferat iram.  
 Quid mihi, si Vosago sic sic inglorius ibo?

---

926 fodales D 929 reflectitur A | petit iste flectitur ille  $\gamma$  930 sors D  
 931 cuspes *a* cuspis *ceteri* 932 caballo D caballum BT 935 ge-  
 ruuiti *a*T geruuidi D keruuiti Bb Gerwici *IGrimm* | unum C vnum T  
 unum *Biester* 936 Transmissumque citum p. inguina f. D | Trans-  
 missumque *praeter* D *etiam* C | penetrauit T 937 protulit D | atrum  
*o ego acrum cf. 1125 acrum bellare* 938 Exiuitque  $\gamma$  939 Tunc  
 B | reliquit A 940 *post* 914 *transposui* 941 Tunc AD Tum CB  
 Cum T | fortiter morari A 944 *deest in* C | uiri D | pectora D  
 945 cuiq; B<sup>1</sup>D<sup>1</sup> cū *pr. ss.* B cuiq; *rec. corr.* D

Mentem quisque meam sibi uindicet. en ego partus  
Ante mori sum, WORMATIAM quam talibus actis  
Ingrediar. petat hic patriam sine sanguine uictor?

950 Hactenus arsisit hominem spoliare metallis,  
Nunc ardete uiri fusum mundare cruorem,  
Ut mors abstergat mortem, sanguis quoque sanguem  
Soleturque necem sociorum plaga necantis.'

His animum dictis demens incendit et omnes

955 Fecerat immemores uitae simul atque salutis.  
Ac uelut in ludis alium praecurrere quisque  
Ad mortem studuit, sed semita, ut antea dixi,  
Cogebat binos bello decedere solos.

Uir tamen illustris dum cunctari uidet illos,

960 Uertice distractas suspendit in arbore cristas  
Et uentum captans sudorem tersit anhelus.

Ecce repentino Randolf athleta cauallo  
Praeuertens reliquos hunc inportunus adiuit  
Ac mox ferrato petiit sub pectore conto.

---

946 unasago D | si sic D 947 quisque] q; *supra addito s C* |  
uindicet CDBT | e // // // // // paratus (nego *erasum uidetur, uestigium*  
*g litterae infra cernitur*) D ecce paratus *Moller* pactus uel promptus  
*Merilius*, certus *IGrimm p. 68* 948 uormatiam B 949 sanguine  
fuso D | *interrogandi notam posuit Fischer, sustulit Merilius.* 950 Acte-  
nus D 952 Et mors B | abstégat C | sanguen *Merilius* 954 ani-  
mum  $\omega$  alium *Fischer* 955 inmemores B inmores (me *ss.*) D  
956 ueluti in D uelud in T 957 antea] añã C 958 decedere  $\alpha$   
deducere D decernere  $\gamma$  959 tamen] tñ *ss.* C | uidit D  
962 rantolf I Randolf *FLinnig secundum ea quae IGrimm dixerat*  
*p. 117* | caballo C<sup>3</sup>DBT 963 Preueniens D | inport. CD 964 Ac  
mox  $\omega$  Et *Fischer* | contro C

- 965 Et nisi duratis welandia fabrica giris  
 Obstaret, spisso penetrauerat ilia ligno.  
 Ille tamen subito stupefactus corda pauore  
 Munimen clipei obiecit mentemque recepit:  
 Nec tamen et galeam fuerat sumpsisse facultas.
- 970 Francus at emissa gladium nudauerat hasta  
 Et feriens binos Aquitani uertice crines  
 Abrasit, sed forte cutem praestringere summam  
 Non licuit rursumque alium uibrauerat ictum  
 Et praeceps animi directo obstamine scuti
- 975 Inpegit calibem nec quiuit uiribus ullis  
 Elicere. Alpharides retro se fulminis instar  
 Excutiens Francum ualida ui fudit ad aruum  
 Et super assistens pectus conculcat et inquit:  
 'En pro caluitio capitis te uertice fraudo,
- 980 Ne fiat ista tuae de me iactantia sponsae.'  
 Uix haec effatus truncauit colla precantis.  
 Et nonus pugnae Heimnod successit et ipse  
 Insertum triplici gestabat fune tridentem,  
 Quem post terga quidem socii stantes tenuerunt.

---

965 uelandia  $\alpha$ D uielandia Bb walandia T 966 Obsisteret  
 D | penetrauerit  $\omega$  scripsi penetrauerat 967 corde DB<sup>1</sup>I 968 Mu-  
 nimēn D 969 fuerat om. D 972 p̄stringere A p̄stḡere C  
 973 cursuque B | rursumque aliumque A 975 Inpegit A | chali-  
 bem B | neq; D | ullum C 976 Elicere alphasides. retrorsum f. i.  
 D Alphārides Elicere C 977 fundit D | in aruum I 978 ad-  
 sistens B 980 fuat b 981 effatus haec  $\gamma$  | Vix hec //// truncaū  
 (marg. al. effatus) A 982 Et AD At CBT | nouus A | heimnod A  
 helmnod CB helmon D helnal (.i. helnod cf. 1008) I helmod T |  
 ipsi D 983 deest D | Infestum I 984 stantes socii C | monuerunt D

- 985 Consiliumque fuit, cuspes dum missa sederet  
 In clipeo, cuncti pariter traxisse studerent,  
 Ut uel sic hominem deiecissent furibundum:  
 Atque sub hac certum sibi spe posuere triumphum.  
 Nec mora, dux totas fundens in brachia uires
- 990 Misit in aduersum magna cum uoce tridentem  
 Edicens: 'ferro tibi finis calue sub isto'  
 Qui uentos penetrans iaculorum more coruscat:  
 Quod genus aspidis ex alta sese arbore tanto  
 Turbine dimittit, quo cuncta obstantia uincat.
- 995 Quid moror? umbonem scidit *in* peltaque resedit.  
 Clamorem Franci tollunt saltusque resultat  
 Obnixique trahunt restim simul atque uicissim  
 Nec dubitat princeps tali se aptare labori.  
 Manarunt cunctis sudoris flumina membris.
- 1000 Sed tamen haec inter uelut aescilus astitit heros  
 Quae non plus petit astra comis quam tartara fibris  
 Contempnens omnes uentorum immota fragores.

---

985 cuspis dum A dum cuspis *ceteri at cuspes α cusspis* D  
 988 triumphum A 989 tota I 990 *deest* D 991 Est. dixit D |  
 finis tibi C | o calue D 992 Quod u. penetrat D | coruscas α  
 choruscat BT coruscans D 993 Quod genus ω Ut g. *IGrimm*  
 994 dimittit AD demit/// it (*ex demittunt*) C demittit γ 995 sci-  
 dit α (*at n al. ss. C unde scidit Fischer*) sciderat D<sub>γ</sub> (sciserat b)  
 scidit in peltaque *scripsi* | petraque D | resultat C 995 996 *uerba*  
 resedit — saltusque *desunt* A 996 *deest* I | resultant C resultat *ceteri*  
 997 restem T 998 labore I 999 membris DB 1000 hic αT  
 haec DBb *t.Meril.* hos I | intra AT inter CDBb *t.Mer.* I | escilus α  
 (a)esculus DBT 1001 fibris] sibus A 1002 Contempnens T | in-  
 mota D

- Certabant hostes hortabanturque uiritim,  
 Ut si non quirent ipsum detrudere ad aruum,  
 1005 Munimen clipei saltem extorquere studerent,  
 Quo dempto facile uiuus caperetur ab ipsis.
- Nomina quae restant edicam iamque trahentum :  
 Nonus Eleuter erat Heimnod cognomine dictus.  
 Argentina quidem decimum dant oppida Trogunt,  
 1010 Extulit undecimum pollens urbs Spira Tanastum  
 Absque Haganone locum suppleuit rex duodenum.  
 Quatuor hi aduersum summis conatibus unum  
 Contendunt pariter multo uarioque tumultu.
- Interea Alpharidi uanus labor incutit iram.  
 1015 Et qui iam pridem nudarat casside frontem  
 In framea tunicaque simul confisus aena  
 Omisit parmam primumque inuasit Eleutrim.  
 Huic galeam findens cerebrum diffudit et ipsam  
 Ceruicem resecans pectus patefecit, at aegrum

---

1003 uicissim D 1004 Et si B 1005 saltim DT 1006 fa-  
 cile uiuus *scripsi*, uiuus facile *ω* 1007 *post* edicam *Fischer*, *ego post*  
 trahentum *distinxi* | N. quae restim e. iam forte trahebant D  
 1008 No<sup>n</sup> C | eleuter α eleuthir DTb heleutir B | heimnod A  
 helmnod CB helnold D helnod I helmod T 1009 opida C | tro-  
 gunt α trogum *ceteri* 1010 pollens & spira D 1011 suppleuit  
 rex α rex suppleuit D<sub>γ</sub>I 1012 Quattuor B | hij AT 1014 Intā  
 A Intā C | alpharides (*es del. i ss.*) A 1015 Et qui iam *ω* (*solus b*  
*t. Merilio* Et quia) qui quia iam *Fischer* | nudarat AD<sub>γ</sub> (naidarat b)  
 nudauit C 1016 q' *ss. pr.* A | ēna *pr. corr.* A enea D ahena T  
 1017 eleutrim A eleutri C eleutrin I eleuthrin BT eleutrhin b  
 eleuthin D Eleutrum *Molter* 1018 Hin B Hinc T | et ipsum T  
 1019 ceruicemq; secans D | ac D

- 1020 Cor pulsans animam mox liquerat atque calorem.  
 Inde petit Trogunt haerentem in fune nefando.  
 Qui subito attonitus recidentis morte sodalis  
 Horribilique hostis conspectu coeperat acrem  
 Nequiquam fugare fugam uoluitque relicta
- 1025 Arma recolligere, ut rursum repararet agonem.  
 Nam cuncti funem tracturi deposuerunt  
 Hastas cum clipeis. sed quanto maximus heros  
 Fortior extiterat, tanto fuit ocior olli  
 Et cursu capto suras mucrone recidit
- 1030 Ac sic tardatum praeuenit et abstulit ejus  
 Scutum. sed Trogunt quamuis de uulnere laesus  
 Mente tamen feruens saxum circumspicit ingens,  
 Quod rapiens subito obnixum contorsit in hostem  
 Et proprium a summo clipeum fidit usque deorsum,
- 1035 Sed retinet scissum pellis superaddita lignum.  
 Moxque genu posito uiridem uacuauerat ensem  
 Atque ardens animis uibratu terruit auras  
 Et si non quiuit uirtutem ostendere factis,  
 Corde tamen habitum patefecit et ore uirilem.

---

1020 mox liquerat A liquerat mox C liquit mox DBT 1021 tro-  
 gunt A igd'nt C trogum *ceteri* | sub fune B fune (in *uel* sub *om.*) D  
 1024 Nequiquam DB Nequaquam T Ne quicquam A Nec quic-  
 quam A | tētare A 1025 hagonem b 1027 Hastam D 1028 illis  
 D ollis I illo *uel* ollis *Biester* 1029 rescidit T 1030 Ac si B |  
 praeuenit *bis scriptum erat: alterum erasum* B 1031 Trogus ω *at*  
*cf. 1009 et 1021* | lesus αD lassus BT 1034 proprium summo  
 (a *om.*) A 1035 scissum A fractum *ceteri* 1036 ensem A aedem  
 CBT uluam D 1037 uibratū C uibratvs (v *rec. m.*) D uibravit I  
 1039 tamen] tñ C



- 1040 Nec manes ridere uidens audaciter inquit:  
 'O mihi si clipeus uel si modo adesset amicus!  
 Fors tibi uictoriam de me, non inclita uirtus  
 Contulit. ad scutum mucronem tollito nostrum!  
 Tum quoque subridens: 'uenio iam', dixerat heros
- 1045 Et cursu aduolitans dextram ferientis ademit.  
 Sed cum athleta ictum libraret ab aure secundum  
 Pergentique animae ualuas aperire studeret,  
 Ecce Tanastus adest telis cum rege resumptis  
 Et socium obiecta protexit uulnere pelta.
- 1050 Hinc indignatus iram conuertit ad ipsum  
 Waltharius humerumque eius de cardine uellit,  
 Perque latus ducto suffudit uiscera ferro.  
 Salue! procumbens submurmurat ore Tanastus.  
 Quo recidente preces contempsit promere Trogunt
- 1055 Conuiciisque sui uictorem incendit amaris,  
 Seu uirtute animi, seu desperauerat. Exin  
 Alpharides: 'morere' inquit et haec sub tartara transfer

---

1040 Manes (Nec om.) D manens I Nec minus hunc *Biester* |  
 sidere (sid in ras. pr. ni f. sed alio atramento) B ride uidens A | in-  
 quit B 1041 uel sic T 1043 m. hic tollito D1b m. hunc t. T  
 1046 atleta α 1047 Vergentique B 1048 thanastus A tanastus *ceteri* |  
 telis ss. pr. C 1049 belta D 1050 in ipsum γI 1053 Salue A Aue  
 CIγ (Aue T) Ahah D Salua *IGrimm coniecit. conquestionis exclama-*  
*tionem desiderat San-Marte: in animo habuit ni fallor barbaricum illud*  
*auwê mir wê ex Ekkehardi casibus p. 98, 40. 46. Alte Fischer* | tha-  
 nastus A tanastus *ceteri* 1054 trogus ω 1055 Conuictusque I | *inter*  
*incendit et armis (sic) macula quae absumpsit sine dubio et uocem B*  
 1056 animi] ai A | desperauerat I 1057 inquit C | et luci sub (*at luci*  
*al. effectum, prima hæc uidetur scripsisse)* B | et hos *Biester* | tranfer D

Enarrans sociis, quod tu sis ultus eosdem.<sup>7</sup>

His dictis torquem collo circumdedit aureum.

1060 Ecce simul caesi uoluuntur puluere amici

Crebris foedatum ferientes calcibus aruum.

His rex infelix uisis suspirat et omni

Aufugiens studio falerati terga caualli

Scandit et ad maestum citius Haganona uolauit

1065 Omnimodisque illum precibus flexisse satagit,

Ut secum pergens pugnam repararet. At ille:

'Me genus infandum prohibet bellare parentum

Et gelidus sanguis mentem mihi dempsit in armis.

Tabescebat enim genitor, dum tela uideret

1070 Et timidus multis renuebat proelia uerbis:

Haec dum iactasses rex inter te comitantes,

Extitit indignum nostri tibi quippe iuamen.<sup>7</sup>

Ille recusanti precibus nihilominus instans

Talibus auersum satagit reuocare loquelis

1075 *Obsecro* per superos, conceptum pone furorem.

Iram de nostra contractam decute culpa,

Quam uita comitante, domum si uenero tecum,

Inpensis tibimet benefactis diluo multis.

1058 Enarr/a (r ex n) D 1059 *deest* T 1060 uoluuntur B  
 1061 ferientis B 1062 et *pr. ss.* T 1063 Effugiens I | phalerati  
 B | caballi DBT 1065 que *om.* I 1068 mihi ademit  $\gamma$  | in aruis I  
 inertis T 1070 timidus I | renuebat DT 1071 inter se I  
 1073 recusanti (i ex em *rasura*) D | nichilominus C 1075 Deprecor  
 ADBT Te rogo C | per superos  $\alpha$  ob sup. D $\gamma$ I | *scripsi* Obsecro  
 per s. *ut est* 1252. 1078 Inpenss (i *ss. pr.*) C Inpensis D |  
 deluo b

- Nonne pudet sociis tot cognatisque peremptis  
 1080 Dissimulare uirum? magis, ut mihi quippe uidetur,  
 Uerba ualent animum quam facta nefanda mouere.  
 Iustius in saeuum tumuisses mente tyrannum  
 Qui solus hodie caput infamauerat orbis.  
 Non modicum patimur dampnum de caede uirorum,  
 1085 Dedecus  $\alpha$  tantum superabit Francia numquam.  
 Antea quis fuimus subiecti, sibila dantes:  
 "Francorum" dicent „exercitus omnis ab uno,  
 Proh pudor ignotum uel quo, est inpune necatus!"  
 Cunctabatur adhuc Haganon et pectore sponsam  
 1090 Walthario plerumque fidem uoluebat et ipsum  
 Euentum gestae recolebat in ordine causae.  
 Supplicius tamen infelix rex institit illi.  
 Cuius subnixae rogantis acumine motus  
 Erubuit, domini uultum replicabat honore  
 1095 Uirtutis propriae qui fors uilescebat inde,  
 Si quocumque modo in rebus sibi parceret istis.  
 Erupit tandem et clara sic uoce respondit:

---

1079 peremptis] propinquis B 1080 magis] minus *Merilius*  
 1083 capud  $\alpha$  1084 damnum DT | damnum patimur T 1085 at  $\omega$   
 ego a uel ac | tam A 1086 Aña C | quis DBT quis  $\alpha$  qui fuerant I | sub-  
 iecti  $\alpha$  I suspecte B suspecti bT praelati D 1088 Pro DB Proch T |  
 ignoto nunc est i. n. D uel quod inpune negatur I ignoto uelut est  
 i. n. *Molter* | inpune  $\alpha$ D 1089 Cunctatur sed adhuc haganon etiam  
 p. s. D | adhoc I 1090 Waltharii D | pl'ūq; C 1091 Euento I  
 1092 Supplicius (cationibus *ss. pr.*) D Suppliciter I | institit; illi *dist.*  
*Merilius* | illi  $\dot{\epsilon}$  (*pr. corr.*) C 1094 Erubuit domini uultum, r. hono-  
 rem *IGrimm dist.* | honore  $\alpha$  honorem DBT 1095 forte T 1096  
 sibi *ss.* A 1097 Eripuit C Erubuit I *Biester* | uoce refutat B

- 'Quo me domne uocas? quo te sequar inclite princeps?  
 Quae nequeunt fieri, spondet fiducia cordi:  
 1100 Quis tam desipiens quandoque fuisse probatur,  
 Qui saltu baratrum sponte attemptarit apertum?  
 Nam scio Waltharium per campos sic fore acerbum,  
 Ut tali castro nec non statione locatus  
 Ingentem cuneum uelut unum temptat homullum.  
 1105 Et licet huc cunctos equites simul atque pedestres  
 Francia misisset, sic his ceu fecerat istis.  
 Sed quia conspicio te plus doluisse pudore  
 Quam caedis dampno nec sic discedere uelle,  
 Conpatior propriusque dolor succumbit honori  
 1110 Regis: et ecce uiam conor reperire salutis,  
 Quae tamen aut numquam ostendet se siue coacte.  
 Nam propter carum fateor tibi domne nepotem  
 Promissam fidei normam corrumpere nollem.  
 Ecce in non dubium pro te rex ibo periculum,  
 1115 Ast hic me penitus conflictu cedere noris.  
 Secedamus eique locum praestemus eundi  
 Et positi in speculis tondamus prata cauallis,

---

1098 dñe A domne C 1099 sponde A | cordis CD 1101 Al-  
 tum quis baratrum I | adtemptarit D 1102 uualtum A Wal'trm C  
 1104 uelud T | temptet D temptat BI 1106 sic hic I  
 1108 dampno αB damno DT 1109 Conpatior A | proprius dolor  
 et succ. D | succumbat B 1111 nusquam γ | ostendit DBT' osten-  
 dere I | coactę CB 1114 Ecce non est dubium D 1115 hic  
 ADγI hic *pr. corr.* C | me] non D | conflictū C conflictum I | cre-  
 dere I caedere B 1116 Se//cedamus (d *eraso*) B Discedamus D  
 1117 caballis DBT

- Donec iam castrum securus deserat artum  
 Nos abiisse ratus. ubi campos calcet apertos,  
 1120 Insurgamus et attonitum post terga sequamur:  
 Sic aliquid uirtutis opus temptare ualemus.  
 Haec mihi in ambignis spes est certissima rebus.  
 Tum bellare potes, belli rex si tibi mens est:  
 Quippe fugam nobis numquam dabit ille duobus,  
 1125 At nos aut fugere aut acrum bellare necesse est.<sup>2</sup>  
 Laudat consilium satrapa et complectitur illum  
 Oscilloque uirum demulcet. Et ecce recedunt  
 Insiidiisque locum circumspexere sat aptum  
 Demissique ligant animalia gramine laeto.  
 1130 Interea occiduas uergebat Phoebus in oras  
 Ultima per notam signans uestigia Thilen  
 Et cum Scotigenis post terga reliquit Hiberos.  
 Hic postquam oceanas sensim calefecerat undas  
 Hespera et ausoniis obuertit cornua terris,  
 1135 Tum secum sapiens coepit tractare satelles,  
 Utrum sub tuto per uasta silentia castro  
 Sisteret, an uastis heremi committeret aruis.

---

1119 Nos et abisse D | ubi] dum D | ubi campos A campos  
 ubi *ceteri* 1121 aliquod DBT 1123 Tum pugnare  $\gamma$  | si rex tibi  
 BT tibi si rex b 1125 Aut nos aufugere aut T | acre D acres  
*Molter* 1126 satrape D 1127 O. u. mulcens hortatur ad ipsum B  
 1129 Demissique  $\alpha$ DB Dimissique T Demissisque I 1130 horas A  
 1131 tilen BT tylen b 1132 scottigenis DBT | yberos T 1133 Hi  
 A | oceanas AT 1134 Hesperos  $\gamma$  (Hesperus B) | et *om.* BT |  
 ausonidis D $\gamma$ I 1136 sub tuto BT subtuto *ceteri* | per densa sil. D $\gamma$ I  
 1137 heremi se mitteret T | committere b

- Aestuat immensis curarum fluctibus et quid  
 Iam faceret, sollers arguta indagine quaerit.
- 1140 Solus enim Hagano fuerat suspectus et illud  
 Oscillum regis subter complexibus actum.  
 Ambigerat prorsus, quae sit sententia menti  
 Hostis et an uellent urbem remeare relictam,  
 Pluribus ut sociis per noctem forte coactis
- 1145 Primo mane parent bellum renouare nefandum  
 An soli insidias facerent propiusque laterent?  
 Terret ad haec triuiis ignoti silua meatus,  
 Ne loca fortassis incurreret aspera spinis,  
 Immo quippe feris, sponsamque amitteret illis.
- 1150 His ita prouisis exploratisque profatur:  
 'En quocumque modo res pergant, hic recubabo,  
 Donec circuiens lumen spera reddat amatum:  
 Ne patriae fines dicat rex ille superbus  
 Euasisse fuga furis de more per umbras.'
- 1155 Dixit et ecce uiam uallo praemuniit artam  
 Undique praecisis spinis simul et paliuris.

---

1138 inmensis DBT 1139 solers T 1140 Plus etenim T |  
 suspensus I 1142 Ambigerat aD (ab ambigero?) Ambierat γ |  
 quae] q̄ C 1143 an urbem uellent ω an uellent urbem *scripsi*  
 1145 bellum parent D | recreare γ 1146 solum B 1147 adhec D  
 1148 Hec loca T Nec l. b Ac l. I | siluis I 1149 Caram q. f.  
 sponsam dimitteret i. D | illis *om.* I 1150 pro//uisis (u *eraso*) A  
 1151 En] In *Fischer* Iam *Biesler* 1151 respergant B res uergant  
 D | hic C | recuba//// B 1152 spera ω (*ex sperae rasura ni f.* T) |  
 reddit CI | amic/um (t *eras.*) B amenum D 1153 patrie ad fines  
 D | ipse I 1155 arto D 1156 palinuris I

- Quo facto ad truncos sese conuertit amaro  
 Cum genitu et cuicumque suum caput applicat atque  
 Contra orientalem prostratus corpore partem  
 1160 *Hac ensem nudum retinens cum uoce precatur:*  
 'Rerum factori, sed et omnia facta regenti,  
 Nil sine permissu cuius uel denique iussu  
 Constat, ago grates qui me defendit iniquis  
 Hostilis turmae telis nec non quoque probris.  
 1165 *Deprecor at dominum contrita mente benignum,*  
*Ut qui peccantes non uult sed perdere culpas,*  
*Hos in caelesti praestet mihi sede uideri.'*  
 Qui postquam orandi finem dedit, ilico surgens  
 Sex girauit equos et uirgis rite retortis

---

1157 se se B semet D | amaros C 1158 circūq, (ir *ipsis litteris, non per conpendium*) A cuiq̄. (cū *pr. ss.*) B quicumque b cuicumque *ceteri, atque et w ni f. Hoc tamen omissio Biester intellegit „caput suum applicat ad (circum) truncum aliquem“, rectius Io. C. Orellius: „per truncos“ ait „poeta intellegit cadauera decem heroum a Walthario interfectorum capitibus truncata: his igitur... capita illa desecta rursus cum applicauisset, tum demum grates agit deo... Legendum igitur: cum gemitu cuicumque suum caput applicat: — cuicumque autem pro cuique non offendet in poeta qui aliquotiens equitem usurpat pro equo“ etc. | capud a 1160 Ac ensem nudum retinens A Ac nudum retinens ensem *ceteri* Hac — cum *scripsi: nisi forte praestat* Sic — hac | hac uoce AT sic uoce B hac sic uoce I hac cum uoce CD 1161 Verum factoris et o. f. regentis I 1162 permissio DB | iusso Bb 1163 agō C | qui A quod me DBT *idem* C *at per conpendium ab eo quod qui significat non ualde diuersum* 1164 nec non quoque rite probatis I 1165 at] ad CB | contrata B 1167 uidere DT 1168 illico T 1169 Exgyrauit I*

- 1170 Uinxit: hi tantum remanebant, nempe duobus  
 Per tela absumptis ternos rex Gunthere abegit.  
 His ita compositis procinctum soluit et alte  
 Ingenti fumans leuiabat pondere corpus.  
 Tum maestam laeto solans affamine sponsam
- 1175 Moxque cibum capiens aegros recreauerat artus,  
 Oppido enim lassus fuerat, clipeoque recumbens  
 Primi custodem somni iubet esse puellam,  
 Ipse matutinam disponens tollere curam  
 Quae fuerat suspecta magis, tandemque quieuit.
- 1180 Ad cuius caput illa sedens solito uigilauit  
 Et dormitantes cantu patefecit ocellos.  
 Ast ubi uir primum iam expergiscendo soporem  
 Ruperat, absque mora surgens dormire puellam  
 Iussit et arrepta se fulciit impiger hasta.
- 1185 Sic reliquum noctis duxit, modo quippe caballos  
 Circuit, interdum auscultans uallo propiauit  
 Exoptans orbi species ac lumina reddi.  
 Lucifer interea praeco scandeat Olympo  
 Lucens: Taprobane clarum uidet insula solem.

---

1170 Vinciit  $\alpha$ BT Vinxit D (*ut supra* 209 reuinxit) | hij AT  
 equi D hi *ceteri* ei *uel tot legendum uidetur* 1171 ternos  $\omega$  trinos  
 Fischer | assumptis T | gunthere CD cundhere B gunt<sup>h</sup>er (h *pr. ss.*) A  
 gunthar/ (e *eraso*) T 1173 leuabat I 1174 laeto reuocans D  
 1176 *cf.* 220 Lassus enim fuerat | Opido D | nam I 1178 dispo-  
 nit D 1180 capud  $\alpha$  | ipsa D | uigilabat B 1184 arrepta BT |  
 fulcit D 1185 caballos ADBT cauallos C 1186 oscultans b  
 1187 orbis I | culmina I 1189 Dicens  $\gamma$  | *post* Lucens *distinxi*,  
*post* Olympo Fischer | thaprobâne A thaprobane C taprobane T  
 zaprobane I aprobane B probane D | cl///uid& D



- 1190 Hora fuit gelidus qua terram irrorat eous.  
 Aggreditur iuuenis caesos spoliariet armis  
 Armorumque habitu tunicas et cetera linquens:  
 Armillas tantum cum bullis, baltea et enses,  
 Loricas quoque cum galeis detraxerat ollis.
- 1195 Quatuor his oneravit equos sponsamque uocatam  
 Inposuit quinto, sextum conscenderat ipse  
 Et primus uallo perrexerat ipse reuulso.  
 At dum constricti penetratur semita callis,  
 Circumquaque oculis explorans omnia puris
- 1200 Auribus arrectis uentos captauit et auras,  
 Si uel mussantes sentiret uel gradientes  
 Siue superborum crepitantia frena uirorum,  
 Seu saltim ferrata sonum daret ungula equorum.  
 Postquam cuncta silere uidet, praeuertit onustas
- 1205 Quadrupedes, mulierem etiam praecedere iussit.  
 Scrinia gestantem comprehendens ipse cauallum  
 Audet inire uiam consueto cinctus amictu.  
 Mille fere passus transcendit et ecce puella —  
 Sexus enim fragilis animo trepidare coegit —

---

1190 inrorat BI irrorat b 1191 spol. omnes I 1192 que  
 om. I 1193 baltea DT | & heriles D 1194 quoque *ss. pr.* C  
 1195 Quattuor B 1196 Inposuit CD 1197 perrexit ipse T  
 1198 Et D | penetratur] <sup>pt</sup> C 1199 Circumque (qua *pr. ss.*) B  
 1201 Mussantes pariter sentiret u. g. D 1203 saltim *α* saltem  
 ceteri | solum A 1204 praeuertit T | onustas *α*T honustas B  
 onustos D 1205 Etiam] & non superaddita lineola A 1206 *σ*phen-  
 dens C | caballum DBT 1207 fugam (l'uiam *pr. ss.*) B | consuetu  
 (*pr. corr.*) A | amictu C 1208 puella/// (m *eraso*) B PVELLA D  
 1209 cogit (*pr. corr.*) C coepit *Biester*

- 1210 Respiciens post terga uidet descendere binos  
 Quodam colle uiros raptim et sine more meantes  
 Exanguisque uirum compellat uoce sequentem:  
 'Dilatus iam finis adest: fuge domne, propinquant!'  
 Qui mox conuersus uisos cognouit et inquit:
- 1215 'Incassum multos mea dextera fuderat hostes,  
 Si modo supremis laus desit, dedecus assit.  
 Est satius pulcram per uulnera quaerere mortem  
 Quam solum amissis palando euadere rebus.  
 Uerum non adeo sunt desperanda salutis
- 1220 Commoda cernenti quondam maiora pericla.  
 Aurum gestantis tute accipe lora leonis  
 Et citius pergens luco succede propinquo.  
 Ast ego in ascensu montis subsidere malo  
 Euentum operiens aduentantesque salutans.'
- 1225 Obsequitur dictis uirguncula clara iubentis.  
 Ille celer scutum collegit et excutit hastam  
 Ignoti mores equitis temptando sub armis.  
 Hunc rex incursans comitante satellite demens  
 Eminus affatu compellat ualde superbo:

---

1210 uidet] uiros D 1211 uiros] uidet D | mora T | more  
 furentes meantes (*utrumque pr. m., prius uocabulum lineola subducta  
 deletum.*) B 1212 Exanguemque A Exanguisque CD Exanguisque  
 BT | compellat D 1213 Heu tuus iam T | propinquat A 1214 con-  
 uesus T 1216 Si nunc in fine laus desit d. a. D | supremis α |  
 adsit BI 1217 pulcram AD pulchram *ceteri* | quaerere *margin. pr. add.*  
 C 1218 paland/ (*o eraso?*) B balando D 1220 pericli C 1221 ac-  
 cipit I 1223 accessu I | subsidere A 1224 Euentumque A | ope-  
 riens αDT operiens B 1225 *deest* A 1228 Tunc DT<sup>1</sup>

- 1230 'Hostis atrox nisu deluderis! ecce latebrae  
 Protenus absistunt, ex quis de more liciscae  
 Dentibus infrendens rabidis latrare solebas.  
 En in propatulo si vis configito campo  
 Experiens, finis si fors queat aequiperari  
 1235 Principio. scio fortunam mercede vocasti  
 Iccircoque fugam tempnis seu deditioem.'  
 Alpharides contra regi non reddidit ulla,  
 Sed velut hinc surdus alio convertitur aiens:  
 'Ad te sermo mihi Hagano, subsiste parumper.  
 1240 Quid rogo tam fidum subito mutauit amicum,  
 Ut, discessurus nuper uix posse reuelli  
 Qui nostris uisus fuerat complexibus ultro,  
 Nullis nempe malis laesus nos appetat armis?  
 Sperabam fateor de te, sed denique fallor.  
 1245 Quod si de exilio redeuntem nosse ualeres,  
 Ipse salutatum mihimet mox obuius ires  
 Et licet inuitum hospitii requiete foueres  
 Pacificaque in regna patris deducere uelles.  
 Sollicitusque fui, quorsum tua munera ferrem:

---

1230 deludis T deludens (*sed utrum n an ri dubium, cf. 1264*) C  
 1231 Protenus α Protinus *ceteri* | ex] et D | quis C qui D *queis*  
*Fischer* | Undique defensus fragilis de more liciscae I 1232 Sen-  
 tibus I | rapidis B rabidi D | solebat I 1233 Ex in I Exin *Merilius* |  
 siuis] mecum D 1234 equipari A (a)equiperari DB equiparari CT  
 1236 Iccircoq, A | diminutione b 1238 uelud T | aliō A alias D  
 1241 Et D | reuertī A 1242 usus D [ fuerat (t ex s pr.) B | con-  
 spectibus B 1243 Nullis (i ex u pr.) T | quippe T 1246 michi-  
 met A 1247 requie refoueres D 1248 Pacificumque D

- 1250 Namque per ignotas dixi pergens regiones:  
 "Francorum uereor Haganone superstite nullum.  
 Obsecro per ludos respiscito iam pueriles,  
 Unanimes quibus assueti fuimusque periti  
 Et quorum cultu primos attriuimus annos.
- 1255 Inclita quonam migravit concordia nobis  
 Semper in hoste domique manens nec scandala noscens?  
 Quippe tui facies patris obliuiscier egit,  
 Tecum degenti mihi patria uiluit ampla.  
 Numquid mente fidem abradis saepissime pactam?
- 1260 Deprecor hoc abscede nefas neu bella lacessas  
 Sitque inconuulsum nobis per tempora foedus.  
 Quod si consentis, iam nunc ditatus abibis  
 Elogiis, rutilo umbonem complebo metallo.  
 Contra quae Hagano uultu haec affamina toruo
- 1265 Edidit atque iram sic insinuauit apertam:  
 1266\* ['Ne nos incuses, mihi uim quia tu prior infers.]  
 'Uim prius exerces Walthari postque sopharis.  
 Tute fidem abscederas, cum memet adesse uideres  
 Et tot strauisses socios immoque propinquos:

---

1252 respiscito C 1254 attriuerat γ 1255 Inolita T | quon-  
 dam T | migravit quonam *Merilius* | cordia (c̄ ss. pr.) D 1256 ma-  
 nens nunc scandalizatur T 1258 patria mihi T 1260 abscede D  
 absconde T *Molter* | lacesses DT 1261 Atque T 1262 iam tum B  
 1263 Elogiis D | metallu (*lineola super u erasa*) A 1264 que AT  
 q C quae hęc (*altero haec non omisso*) B quē D quod *Fischer* | hęc  
 (pr. corr.) A | affamiria C (*cf. 1230*) effamina T 1266\* uno  
 libro D traditur, nec tamen ibi desideratur u. 1266 Vim prius etc.  
 1266 Waltāri C o Walthare *Merilius*

- Excusare nequis, quin me tunc affore nesses.
- 1270 Cuius si facies latuit, tamen arma uidebas  
 Nota satis habituque uirum rescire ualeres.  
 Cetera fors tulerim, si uel dolor unus abesset:  
 Unice enim carum rutilum blandum pretiosum  
 Carpsisti florem mucronis falce tenellum.
- 1275 Haec res est pactum qua irritasti prior almu  
 Iccircoque gazam cupio pro foedere nullam.  
 Sitne tibi soli uirtus uolo discere in armis,  
 Deque tuis manibus caedem perquiro nepotis.  
 En aut oppeto siue aliquid memorabile faxo.<sup>7</sup>
- 1280 Dixit et a tergo saltu se iecit equino,  
 Hoc et Guntharius nec segnior egerat heros  
 Waltharius, cuncti pedites bellare parati.  
 Stabat quisque ac uenturo se prouidus ictu  
 Praestruxit: trepidant sub peltis martia membra:
- 1285 Hora secunda fuit qua tres hi congregiuntur,  
 Aduersum solum conspirant arma duorum.  
 Primus maligenam collectis uiribus hastam  
 Direxit Hagano dirupta pace. sed illam

---

1270 tñ ( *marg. tam r*) A 1271 ualeres  *aD ualebas BT*  
 1272 nisi uel d. u. adesset D 1273 Unicum D | charum T  
 1275 qua irrit.] quae destruxit B | qua] quia T 1276 Iccirco AB  
 Idc. *ceteri* | que *om.* B | gāzam A gabam *Molter* | cupio AB capio  
*ceteri* 1279 En aut succumbo aliquid m. f. (*alterum aut deest*)  
 D | Enauit b (? *suspicio* Enaū = En aut). 1281 Sic et T | signio  
 (*pr. r ss.*) T 1282 Waltr' C 1284 Praestrinxit B | membra DB  
 1285 sda (*pr. corr.*) B | hi tres (b a *ss. pr.*) D 1286 Aduersum *aD*  
 Aduersus BT 1287 maligenam *a* malignam D maligeram BT en  
 aligeram *Merilius* 1288 dirupta *γ* | sed] s; A

- Turbine terribilem tanto et stridore uolantem  
 1290 Alpharides semet cernens tolerare nequire  
 Sollers obliqui delusit tegmine scuti:  
 Nam ueniens clipeo sic est ceu marmore laeui  
 Excussa et collem uehementer sauciat usque  
 Ad clauos infixi solo. Tunc pectore magno  
 1295 Sed modica ui fraxineum hastile superbus  
 Iecit Guntharius, uolitans quod adhaesit in ima  
 Waltharii parma, quam mox dum concutit ipse,  
 Excidit ignauum ligni de uulnere ferrum.  
 Omine quo maesti confuso pectore Franci  
 1300 Mox stringunt acies: dolor est conuersus ad iram  
 Et tecti clipeis Aquitanum inuadere certant.  
 Strenuus ille tamen ui cuspidis expulit illos  
 Atque incursantes uultu terrebat et armis.  
 Hic rex Guntharius coeptum meditatur ineptum,  
 1305 Scilicet ut iactam subito terraeque relapsam  
 Ante pedes herois enim diuulsa iacebat —  
 Accedens tacite furtim sustolleret hastam.  
 Quandoquidem breuibus gladiatorum denique telis  
 Armati nequeunt accedere cominus illi,

---

1291 Solers T | secuti b | delūsit A    1292 seu T | leni D  
 1295 fraxineumque A q; *al. ss.* C que *om. ceteri*    1297 Wal'trii A  
 1298 de ligni BT    1299 Omne T | turbato pectore T    1300 iram  
 A iras CDBT    1301 Ac D | temptant (*at temp del. cer ss. pr.*) B  
 1302 Strenuus Bb | u. 1304 *claudit pagellam: sequentis pagellae primi  
 sex uersus uacui* A    1305 Sc'l. ut C Viderat ut *Biester* | subito]  
 frustra BT | que *om.* D    1308 Quamquam breuibus A    1309 com-  
 minus B cominus *ceteri*

- 1310 Qui iam porrectum torquebat cuspidis ictum.  
 Innuit ergo oculis uassum praecedere suadens  
 Cuius defensu causam supplere ualeret.  
 Nec mora, progreditur Haganon ac provocat hostem.  
 Rex quoque gemmatum vaginae condidit ensem
- 1315 Expediens dextram furto tutum faciendo.  
 Sed quid plura? manum pronus transmisit in hastam  
 Et iam comprehensam sensim subtraxerat ipsam  
 Fortunae maiora petens. sed maximus heros,  
 Utpote qui bello semper sat prouidus esset
- 1320 Praeter et unius punctum cautissimus horae,  
 Hunc inclinari cernens persenserat actum  
 Nec tulit obstantem, sed mox Haganona reuellens,  
 Denique sublato qui diuertebat ab ictu,  
 Insilit et planta direptum hastile retentat
- 1325 Ac regem furto captum sic increpitaui,  
 Ut iam perculso sub cuspide genua labarent:  
 Quem quoque continuo esurienti porgeret Orco,  
 Ni Hagano armipotens citius succurreret atque  
 Obiecto dominum scuto muniret et hosti

---

1310 iam D tam *ceteri* 1311 falsv̄ (v in *ras. pr.*) D 1312 sub-  
 plere CT 1313 haganon D 1314 uagina D 1315 Extendens D |  
 furtum D | tutum αD actutum B ac tutum T 1316 pronum A pro-  
 nam C pronus DBT 1317 cōprehensam D | subtraxerat B | illam BT  
 1320 horae punctum cautissimus b | Fretus et hunis per punctum  
 c. h. D 1321 indignari D | absenserat B 1322 actum Nec tulit;  
 obst. *dist. Merilius* 1322 haganon b 1323 ictu b 1324 Platta  
 ( *marg. plant. antiq. m.*) A | receptat T 1326 genu labaret T  
 1327 porrigeret D porgeret ( *marg. antiq. m.* porgeret) A 1329 cli-  
 peo T

- 1330 Nudam aciem saevi mucronis in ora tulisset.  
 Sic dum Waltharius vulnus cauet, ille resurgit  
 Atque tremens trepidusque stetit uix morte reuersus.  
 Nec mora nec requies: bellum instauratur amarum,  
 Incurrunt hominem nunc ambo nuncque uicissim;
- 1335 Et dum progresso se impenderet acrius uni,  
 En de parte alia subit alter et impedit ictum:  
 Haud aliter numidus quam dum uenabitur ursus  
 Et canibus circumdatus astat et artubus horret  
 Et caput occultans submurmurat ac propiantes
- 1340 Amplexans umbros miserum mutire coartat:  
 Tum rabidi circum latrant hinc inde molossi  
 Cominus ac dirae metuunt accedere beluae.  
 Taliter in nonam conflictus fluxerat horam  
 Atque triplex inerat cunctis maceratio leti:
- 1345 Terror et ipse labor bellandi solis et ardor.  
 Interea herois coepit subrepere menti  
 Quiddam, qui tacito premit has sub corde loquelas:  
 'Si fortuna uiam non commutauerit, isti  
 Uana fatigatum memet per ludicra fallent.'

---

1331 Wal'tr' C 1332 stupidusque  $\gamma$  1333 bellumque in-  
 staurat D 1335 progressu D | impenderet A impenderet C  
 1337 Haut D hād (*al. corr.*) A | tumidus D | *cetera desiderantur in*  
 C 1338 adstat B 1339 capud A 1340 umbros (*os rec. in ras.*)  
 D | miseros T | muttire DB 1341 Tunc B | rapidi AB rabidi DT |  
 circumlatrant B | molosi B 1342 Cominus AT Comminus DBb | C.  
 atque fere m. a. dirq̄ D 1343 horam ADBT undam *IGrimm ex b*  
 1344 Atque D et *ceteri* | cunctis inerat  $\gamma$  1346 surrepere T sure-  
 pere b | morti B 1347 qui// (*d eras.*) B 1348 commutauerat  
 B | uiam iam non mutauerit isti T | istis D 1349 fallunt B



- 1350 Illico et elata Haganoni uoce profatur:  
 'O paliure uirens foliis, ut pungere possis,  
 Tu saltando iocans astu me ludere temptas,  
 Sed iam faxo, locum propius ne accedere tardes:  
 Ecce tuas scio praegrandes in corpore uires.
- 1355 Me piget incassum tantos sufferre labores.  
 Dixit et exiliens contum contorsit in illum  
 Qui pergens onerat clipeum dirimitque aliquantum  
 Loricae ac magno modicum de corpore stringit:  
 Denique praecipuis procinctus fulserat armis.
- 1360 At uir Waltharius missa cum cuspidе currens  
 Euaginato regem inportunior ense  
 Inpetit et scuto dextra de parte reuulso  
 Ictum praeualidum ac mirandum fecit eique  
 Crus cum poblite ad usque femur decerpserat omne.
- 1365 Ille super parmam ante pedes mox concidit huius.  
 Palluit exanguis domino recidente satelles.  
 Alpharides spatam tollens iterato cruentam  
 Ardebat lapsō postremum infligere uulnus.

---

1350 Illico T Ilica B | elata ω data IGrimm. | haganon sic  
 uoce B 1351 uirens A uires ceteri 1352 Et salt. D | marg.  
 iacās antiq. m. A | astu ω artu IGrimm. 1354 tuas cito D | in  
 corpore A ostendito Dγ 1356 in ipsum γ 1357 Qui pungens D  
 1358 stringt A strinxit B 1359 procinctus A praecinctus DBT  
 cf. 1172 1360 uualterus A 1361 Euaginata (a? u?) A | inport. A  
 1362 Inpetit A | sentum d. d. p. reuulsit D | depulso b 1363 fecit  
 ac m. fecit eique (prius fecit del.) A | ac mir.] admirandum D  
 1364 poblite AT? poplite B pollite D | adusque BT 1365 palmam  
 (r ss. litterae l pr.) B | pedes cadit. et miser huius D 1366 ex-  
 sanguis D | recedente (antiq. corr.) B 1368 postremo D | infligere D

- Inmemor at proprii Haganō uir forte doloris  
 1370 Aeratum caput inclinans obiecit ad ictum.  
 Extensam cohibere manum non quierat heros,  
 Sed cassis fabrefacta diu meliusque peracta  
 Excipit assultum mox et scintillat in altum,  
 Cuius duritia stupefactus dissilit ensis  
 1375 Proh dolor et crepitans partim micat aere et herbis.  
 Belliger ut frameae murcatae fragmina uidit,  
 Indigne tulit ac nimia furit efferus ira  
 Inpatiensque sui capulum sine pondere ferri,  
 Quamlibet eximio praestaret et arte metallo,  
 1380 Protinus abiecit monimentaue tristia spreuit:  
 Qui dum forte manum iam enormiter exeruisset,  
 Abstulit hanc Haganō sat laetus uulnere prompto.  
 In medio iactus recidebat dextera fortis  
 Gentibus ac populis multis suspecta tyrannis,  
 1385 Innumerabilibus quae fulserat ante trophaeis.  
 Sed uir praecipuus nec laeuis cedere gnarus,  
 Sana mente potens carnis superare dolores  
 Non desperauit neque uultus concidit eius,

---

1369 Inmemor AB | haganon B    1370 Eratum AD Elatum  
 BT | capud A | inclinans /// /// ad ictum (*rasurae pr. ss. i.* obiecit)  
 A    1372 cassissis b | fabricata (*margin. pr.* uel fabrefacta) B  
 1373 excintillat D    1375 Procdolor D Prohdolor T Prodolor b |  
 micat acer in herbis D    1376 murratę D | creuit T    1378 Inpat. A  
 1379 Ex nimio D | eximia — metallum *Merilius*    1380 Eminus  
 abiecit T    1381 manum miser exeruisset inermem D | exercuisset T  
 1383 In medioque ictu rec. D    1386 leuis AB laeuis b seuis DT  
 laeuis *IGrimm.*    1387 petens T | labores (*inde dolores effecit pr.*) A  
 1388 nec uultus D

- Uerum uulnigeram clipeo insertauerat ulnam  
 1390 Incolomique manu mox eripuit semispatam,  
 Qua dextrum cinxisse latus memorauimus illum,  
 Illico uindictam capiens ex hoste seueram.  
 Nam feriens dextrum Haganoni effodit ocellum  
 Ac timpus resecans pariterque labella reuellens  
 1395 Olli bis ternos discussit ab ore molares.  
 Tali negotio dirimuntur proelia facto.  
 Quemque suum uulnus atque aeger anhelitus arma  
 Ponere persuasit. quisnam hinc immunis abiret,  
 Qua duo magnanimi heroes tam uiribus aequi  
 1400 Quam feruore animi steterant in fulmine belli?  
 Postquam finis adest, insignia quemque notabant,  
 Illic Guntharii pes regis, palma iacebat  
 Waltharii nec non tremulus Haganonis ocellus.  
 Sic sic armillas partiti sunt auarenses.  
 1405 Consedere duo, nam tertius ille iacebat,  
 Sanguinis undantem tergentis floribus amnem.

---

1389 Verum in u. clipeum mox posuit ulnam D 1390 Inco-  
 lomique AD Incolumique BT | manu ferus eripuit D | eripuit mox  
*Merilius* | semisspatam T semispadam D 1391 Qui (ui *lineola sub-*  
*ducta del.*, a *pr. ss.*) A 1392 Illico T | secūrū A 1393 Ac dex-  
 trum feriens D | haganoni/ (*s eras.*) B 1394 timpus ω 1395 ter-  
 nos ω trinos *IGrimm.* | excussit D 1396 Tali tunc ergo dir. B  
 Hoc tali facto D | plia dura D 1397 at<sup>9</sup> (*pr. ss.*) B ac D  
 1398 Linqere persuasit quis abhinc i. a. D 1399 Quando magn. T  
 1400 Cum feruore D 1401 q̄q, A queque D quemque BT  
 1402 pes regis A regis pes Dγ 1403 tremulus nec non D | ha-  
 gononis A 1404 *deest* D 1405 nam] sed D 1406 tergentis A  
 tergentes *ceteri*

Haec inter timidam reuocat clamore puellam  
Alpharides, ueniens quae saucia quaeque ligauit.

His ita compositis sponsus praecepit eidem:

1410 'Iam misceto merum Haganoni et porrige primum,

Est athleta bonus, fidei si iura reseruet:

Tum praebeto mihi reliquis qui plus toleraui,

Postremum uolo Guntharius bibat, utpote segnis

Inter magnanimum qui paruuit arma uirorum

1415 Et qui Martis opus tepide atque eneruiter egit.'

Obsequitur cunctis Heririci filia uerbis.

Francus at oblato licet arens pectore uino:

'Defer' ait 'prius Alpharidi sponso ac seniori

Uirgo tuo, quoniam fateor me fortior ille est.

1420 Non solum mihi sed cunctis super eminent ille.

Hic tandem Hagano spinosus et ipse Aquitanus

Mentibus inuicti licet omni corpore lassi

Post uarios pugnae strepitus ictusque tremendos

Inter pocula scurrili certamine ludunt.

1425 Francus ait: 'iam dehinc ceruos agitabis amice,

Quorum de corio wantis sine fine fruaris:

---

1407 Hic b | ti/midam (i *es* u) B | tim. uocat huc D 1408  
ueniensq, T ueniensq, A 1411 atleta A | iura teneret D 1412  
Post p̄beto D 1413 ut pote D 1414 magnā iū A magnanimum  
(orum *ss.*) D 1414 qui apparuit D 1415 Et martis trepidusq;  
timens opus egit. (*sic*) D 1416 herrici AD heririci b hererici T  
henrici B 1417 pectore summo D 1419 ille (est *om.*) DT  
1420 Nec T | mihi sed cunctis AD me sed cunctos γ | cunctis ///  
eminet (*margin. sup. pr.*) A supereminet T superminet B | ille] armis  
Bb (T?) 1421 Hagano sic tandem sp. et ille a. D 1424 Pocula  
inter sic sc. c. l. D | scurri/li B scurruli b scurjli D

